



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

### **Usage guidelines**


Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

### **About Google Book Search**

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>




M  
ii  
160

ASHMOLEAN MUSEUM  
LIBRARY

PRESENTED BY

Dr. M.N. Tod.





**302680870Y**





*Handwritten marks*

**ELEMENTA**  
**EPIGRAPHICES GRAECAE**

**SCRIPSIT**

**IOANNES FRANZIUS.**



**BEROLINI**  
**EX LIBRARIA F. NICOLAI**  
**MDCCCXL.**

**TYPIS ACADEMICIS.**




FEB. - 1929

**AUGUSTO BOECKHIO**  
**CONDITORI EPIGRAPHICES GRAECAE**

**D. D. D.**

**AUCTOR.**



Quum Graecia relicta Romam venissem et ibi post varios casus initium requiescendi atque animum ad praeclara nostra studia referendi mihi concessum viderem, rogatus saepe ab amicis ut elementa epigraphicae graecae componerem, tandem industria meae eorum voluntati morem gerendum putavi. Nam quum ex inscriptionibus non minus quam ex scriptoribus graecis omnium philologiae partium promatur materia, harum litterarum, ex quo Tu novam iis lucem et inexpectatam attulisti, mutata repente tota forma est, ut facile posset intelligi, genus hoc diffusum et dissipatum si quis arte conglutinaret ac ratione quadam constringeret, studiosis rerum antiquarum haud exiguam utilitatem esse allaturum. Ita Romae nata haec sunt elementa et sub mitiori caelo educata; quae ut nomine ornarem Tuo, non me ambitio, a qua absum longissime, neque aucupium benevolentiae, quam mihi non deesse certo scio, sed pietas ac religio commovit. Nam quum, quae hoc libro continentur, pleraque omnia Tua sint, neque Tu accipere gravaberis et ego Tibi non reddere nefas esse duxi.

Quod quoniam mihi voluntatis accidit, ut epigraphicam graecam primus ad artem quandam revocarem, dicendum videtur, quid in hoc libro adornando consilii sim secutus. Neque enim id egi ut collectionem inscriptionum pararem potius quam ut, quae inde ab antiquissimis temporibus usque ad quartum post Christum natum saeculum scripturae et dialectorum ratio esset in monumentis lapideis, ob oculos ponerem. In quo quum omnino ita poni exem-

pla oporteat, ut in artis formam conveniant, tum fructuosior iucundiorque cognitio fore videtur ea, quae in animis eorum, qui contemplantur, tanquam nascentis rei imaginem relinquat, in litteris praesertim quae magis deterrere plerosque ab incepto quam invitare atque allicere videantur. Quamquam mihi quidem vel sic res epigraphicae gratae semper iucundaeque fuerunt, quod nescio quo pacto propinquiores mihi veteres Graeci videbantur, quotiescumque ad marmora eorum accesseram. Itaque inscriptionibus, quotquot aetatem tulerunt, pervestigatis eas elegi, quae accommodatae ad institutum meum viderentur, atque notatis distinctisque temporibus in certas aetates coactas ita disposui, ut, pertractatis titulis antiquissimis, in unaquaque aetate primum Atticas, deinde ceterarum gentium inscriptiones exponerem. Epochae autem ut ex Atticorum titulorum ratione palaeographica constituerentur, horum monumentorum et natura disertior et copia amplior praescipit. Ex quo fit ut non solum usus scribendi et palaeographia qualis in litteris publicis quovis tempore diversisque in regionibus obtinuerit, sed etiam dialecti quomodo paullatim in communem linguam transierint, accuratius intelligi possit. Plurima igitur nobis videmur rei epigraphicae adiumenta attulisse, qui et tironibus praecepta de titulorum tractandorum ratione magna cum exercitatione gustanda dederimus et simul iis, qui palaeographiae epigraphicae sunt studiosi, non defuerimus. Neque facile divelli alteram ab altero potuit. Nam quemadmodum ars exemplis carere non potest, ita exempla vim suam lucemque ab arte mutuantur.

Atque in repraesentando quidem textu titulorum quum rationem a Te initam optimam esse cognovissem, eam secutus sum diligenter. Itaque vetustissimorum titulorum qui typis reddi nequiverunt, ligneis aereisque tabulis incisi sunt, reliqui typis expressi iis, quibus Tu in thesauro inscriptionum usus es. Neque enim non ridicula est superstitio eorum, qui ubique plus in tabulis aereis quam in apographis auctoritatis esse arbitrantur. Diplomaticam autem fidem unice praestandam existimavi, omni correctione in contextum minusculis litteris expressum ablegata. Qua in re haec quoque Tua ratio adoptanda fuit, qua ex pluribus quae praesto erant apographis textum composuisti, in quo quidquid habetur, transcribentium nitatur auctoritate. Quo fit ut servata fide diplomatica, qui omnia apographa velit integra habere, sibi ea ex varia lectione inter utrumque contextum annotata possit componere. In titulis autem lacunosis, ne textus bis apponendus esset, supplementa uncis inclusa addidimus, quorum haec ratio est, ut, ubi verba quaedam aut integri versus suppleantur, unci additi sint utrimque [ ], ubi autem in utraque versus extremitate lacunae explendae sunt, uncus [ finem significet totum, inversus ] initium.

Verum ut in his brevitati data opera est, ita etiam interpretationem unicuique titulo subiunxi non nimis prolixam, in qua plerumque Tua vestigia premenda putavi, indignum ratus a bene inventis recedere nisi ubi aut apographa meliora oblata aliam suasissent rationem (n.28.), aut recens reperta rectiorem viam monstra-



vissent (n.69). Multa a me dicta sunt brevius, quam res petebat; sed ad eum finem, quem propositum mihi habebam, non fuit dicendum pluribus. Ob eamque causam neque in introductione commentationes de alphabeto graeco invita Minerva scriptas recensui, et in interpretatione controversias de titularum tractandorum ratione coniecturasque inanes missas feci, nec vereor, ne, qua in re laudem modestiae sector, in ea ipsa re levior fuisse videar. Quodsi meram *ἐπίδειξιν* praestare eruditionis constituissem, multo magnificentius exornare rem licebat; sed quum ea, quae scripsi, non solis eruditis scribere placuerit, tum plus apud me semper Platonis dictum valet: *ὁ συνοπτικός διαλεκτικός*. Itaque si ea, quae hoc libro exposita sunt, tanto opere Tibi probabuntur, quanto studio, ut prodesse, scripta sunt a me; non opinor fore ut aut me aut alios industriae meae paeniteat. Vale et favere mihi perge.

Scribebam Berolini mense Iunio a. MDCCCXXXIX.

## CONSPECTUS LIBRI.

---

INTRODUCTIO. I. De epigraphice.

II. de collectionibus inscriptionum graecarum.

III. de origine alphabeti graeci.

IV. de aetate scripturae.

V. de ratione scribendi.

PARS I. Cap. I. §. 1. de titulis vetustissimis.

§. 2. de elementis titulorum vetustissimorum.

§. 3. de orthographia.

§. 4. de interpunctione.

Cap. II. Tituli vetustissimi ex Ol. 40-80. exceptis Atticis et Ionicis. n. 1-29.

APPENDIX PARTIS PRIORIS.

§. 1. de pia fraude veterum Graecorum.

§. 2. de titulis in speciem antiquitatis compositis. n. 30.-35.

§. 3. de titulis spuris. n. 36-39.

PARS II. Cap. I. Tituli Attici et Ionici ante Ol. 80.

§. 1. Attici n. 40-43. §. 2. Ionici n. 44-46.

Cap. II. Tituli Attici et Dorici ab Ol. 80-86.

§. 1. Attici n. 47-49. §. 2. Dorici n. 50-51.

Cap. III. Tituli Attici ab Ol. 86-94, 2. n. 52-56.

Cap. IV. Tituli Attici, Ionici, Aeolici, Dorici ab Ol. 94, 2-158.

§. 1. Attici n. 57-71. §. 2. Ionici, Aeolici, Dorici n. 72-87.

Cap. V. Tituli Attici et communi dialecto concepti ab Ol. 158. - a. u. c. 724.

§. 1. Attici n. 88-89. §. 2. communi dialecto concepti n. 90-96.

Cap. VI. Tituli ab a. u. c. 724. usque ad iv. p. Chr. n. saeculum.

§. 1. Attici n. 97-109. §. 2. communi dialecto concepti n. 110-152.

APPENDIX PARTIS POSTERIORIS:

I. de formulis titulorum.

Cap. I. de actis reip. et universitatum.

A. de praescriptis actorum Atticorum.

B. de praescriptis actorum ceterarum gentium.

Cap. II. de catalogis.

Cap. III. de titulis honorariis, dedicatoriis, votivis.

Cap. IV. de terminis et similibus.

Cap. V. de titulis sepulcralibus.

Cap. VI. de titulis variae supellectilis et notis artificum.

II. de compendio scripturae.

Cap. I. de notis numeralibus.

Cap. II. de ductibus ligatis.

Cap. III. de vocabulis decurtatis.

Cap. IV. de siglis quibusdam peculiaribus.

Tabula titulorum ex thesauro Boeckhiano desumptorum.

Addenda et corrigenda.

Index rerum, nominum, verborum.

---

CONFIDENTIAL

... ..  
... ..  
... ..  
... ..

... ..  
... ..  
... ..  
... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

... ..

I.

DE EPIGRAPHICE.

1. **E**pi-graphice (*ἐπιγραφή*) titulorum notitia est. Titulus autem quum monumentum quodvis litterarium sit materiae solidiori inscriptum, (\*) facile intelligitur, epigraphice argumentum non esse eiusmodi, quod artis proprium vel disciplinae esse videatur. Nam quum titulorum alii ad alia referantur antiquitatis instituta, tum ex materia, in qua scripti sunt, artis forma peculiaris deponi nulla potest. Itaque Bobekhius, qui, quid sit orbis litterarum, melius perspexit quam qui ante eum de rebus litterariis scriperunt viri docti, primus epigraphicem negavit esse peculiarem suisque finibus circumscriptam disciplinam. (\*\*) Neque iniuria. Quae enim disciplinam artemve solent officere, notiones propriae et peculiare finisque a ceteris sciunctis disciplinis, horum in epigraphice inveniri nihil potest. Ea est autem natura orbis litterarum ut aptus sit totus ex sese nec quidquam mutuetur extrinsecus; quem describere pluribus neque huius loci est neque necessarium. Satis erit, epigraphice quo loco sit in philologiae classicae habenda disciplina, indigitasse. Nam quum philologi hoc sit munus praecipuum, ut summas notiones indaget veteribus populis naturam insitas easque in singulis antiqui cultus partibus tanquam in imaginibus intueatur, quidquid ad illas cognoscendas conducet, summo opere expetendum putabit. Neque vero,

(\*) Proprie *ἐπιγραφή* (Demosth. 615. fin. 616. 10. cf. Preller. de fragm. Ptolemaei. p. 123. cuius tamen non ab omni parte verum iudicium est), deinde *ἐπιγραφή* primum sensu inscriptionis ap. Thucyd. 2. 43. mox pro quovis titulo C. I. 2155. 2692. 2715. 2852. 2855. 2858. 2950. 3029. Polyb. 3, 9, 3. 5, 9, 3. Vocabulo *ἐπιγραφή* interdum subest tituli significatio, ut ap. oratores Atticos. cf. η. 77. v. 39. et tit. memoriarum ap. Castelli. II. 7. p. 20.

(\*\*) Contra Fr. A. Wolfium, qui in Mus. Archaeol. T. I. 1. p. 79. 145. in doctrinarum philologicarum serie epigraphicem paenultimam posuit post numismaticam proximam. Quod ferri posset, si epigraphice eius esset generis, cuius Christ. in Comment. de tit. et art. ant. (ed. Zeyher. 1776.) p. 145. mentionem facit.

ubi ad singulas partes accesserit, uniuscuiusque naturam ratione destitutam esse patietur, sed expositionem reddet congruam notionibus illis, ut, simul ac se quaeque offert contemplanti, non fortuito sed interiore quadam necessitate conformata esse intelligat. Quum igitur, philologia quibus ex quattuor partibus constat, earum una rerum publice gestarum contineat institutorumque civilium cognitionem cum temporum et locorum notitiâ, altera rerum privatarum atque universae oeconomiae et commercii demonstrationem, tertia caerimoniarum artiumque caerimoniarum inservientium disciplinam, quarta denique scientiae omnis historiam, tam mythologiae et philosophiae, quam linguae ceterarumque disciplinarum, epigraphice in mediâ parte eâ, quam extremam posuimus, retrusa atque abdita est. Quâ parte quæ litteraturae et linguarum studia comprehenduntur, eorum vis omnis in explicandis fontibus stilographicis posita est generibusque scribendi. Historiae igitur litterariae ut auctorum omniumque litteratorum monumentorum ita titulorum subiectâ notitiâ est. Utriusque profundius uti oportet, unde omnium philologiae partium hauriat materia. Omnium autem antiquitatis fontium qualis debeatis esse tractatio, caedem doctrinae formales docent, hermeneutice autem criticae. Quodsi quæris, hæc epigraphice quid sit illud, quod possit in artium formam redigi, palaeographiam stilicque in titulis conformatio ostendit se atque occurrit. Quarum utraque etsi proponi potest quodam modo circumscriptâ finibus suis, tamen non eiusmodi est, ut divulsa altera ab universâ palaeographiâ, altera a reliquis stilorum demonstratione partem peculiarem constituat. Etenim materia epigraphicæ tituli sunt lapidi vel metallo vel ligno vel supellectili ediculisque, ut gemmis, sigillis, amulis, astragalis, vasibus, ponderibus, inscriptis. Ad quos qui pertinent nummi quibusquam commanem habent cum illis palaeographiam, quæ a typis, qui potissimum eis ornamenta subministrant, separari commode non possint, libris humanitatis iure relinquuntur. Item papyros qui non seiungendos putet, viderit, ne ea addi velit, quæ non epigraphicæ sunt potius quam rei diplomaticæ propria. Nummis igitur et papyris ita tantum locus erit in rebus epigraphicis, ut ex eis desumatur, si quid valere ad cognoscendam palaeographiam videatur. Ex quo apparet materiae epigraphicæ propriam quidem esse palaeographiam, (\*) sed ea quæ pars sit palaeographiæ universæ, peculiaris.

(\*) Mirum commentum est Spohni (Præf. Misc. stud. anti), qui de sola archæographiâ, quam finxit, dicens octo eius partes constituit, numismatographiam, epigraphicographiam, gly-

rem, inde disciplinam nonstitui non posse. Ad similitudinem stili ratio est. Neque enim negari potest, titulum proprium stilum esse. Qui quum praeter alia in formulis denuatur, ut curiali, quem vocant, certae formulae propriae habentur, monumenta alia aliis formulis insignita sunt. Iam tituli universi in publicos et privatos distribui possunt. Prionis generis sunt, acta senatus, et populi, decreta universitatum, et collegiorum, tabulae magistratum, catalogi, archontum, prytanum, magistratum, tituli agonistici, et gymnastici, donariorum, operumque publicorum, denique magna pars titulorum, res sacras, militares, honorarias spectantium, ad privatos autem pertinent inscriptiones maximam partem, dedicatariae vel votivae, et sepulchrales. Quamquam quum titulorum publicorum et privatorum discrimen nihil in formulis singulari subministrat, huius differentiae nulla ratio habenda est. Unde quae libellorum similia sunt quam titulorum, ut marmor Parium, aut tabula Iliaca, etsi ad epigraphicam sunt referenda, tamen nullam in hac quaestione locum habere possunt. Igitur stilum epigraphicum, qui in artis formam redigere constituit, universam materiam ad sex classes revocabit, in quibus primum de actis republicae et universitatum, deinde de catalogis, tum de honoribus et dedicationibus, post de terminis et similibus, denique de titulis sepulchralibus, postremo de inscriptionibus, variae supellectilis, notisque artificum disseret. M. P. II. Append. I. Quibus, expositis non solum stili ratio, perspicui potissimum quoque generis titulorum, sed etiam universus apparatus epigraphicam facillime ob oculos poni videtur. Sed ut res literaria multo latius patet, ita stilus epigraphicus pars est tantum ex stilorum generibus deprompta. Laudare igitur epigraphicam et quanta via sit eius in cognoscendis antiquitatibus, expromere neque propositum nobis est, aequae necessarium. Hoc vero sine ulla dubitatione affirmaverim, ad cognoscendas antiquitates plus in inscriptionibus praesidium esse quam in nummis (\*). Nam quum ei, qui imperiorum tempora seriemque principum deducere, imagines et deorum cognoscere et hominum, in varias variarum civitatum, religiones, inquirere constituerit, potissima sint petenda e nummis, tum qui in moribus et institutis populorum, rerum publicarum formis atque administratione, denique

ptographiam, architectonographiam, iconographiam, toreumatographiam, angiographiam, bibliographiam.

(\*) De utilitate utrorumque magna olim disceptatio fuit. Inscriptionum partes Marq. Guérin, nummorum Ex Spanhémus secutus est. Cf. Maffei sul paragone delle iscrizioni con le medaglie, in F. A. Zanarico: Instit. antiq. lapid. Venet. 1798. p. 481. sqq.

in rebus privatis civilibusque et sermonis proprietatibus cognoscendis volet operam collocare, plurimum ei valere inscriptiones videbuntur.

2. Itaque quamquam titulorum propria nulla hermeneutica et critica potest ratio adhiberi, tamen monstranda via est, qua qui velit uti, et cavere discat quae cavenda sint et ad legendos titulos veniat paratior. Nam quum omnis interpretatio et in sensu eruendo dictionum et in iudicandis dictis versetur, ex quibus alterum hermeneutices est, criticum alterum, in titulis explicandis, qui plerumque corrupti, laetri, mutili sunt, saepenumero usu venit, ut crisis et intelligentia pugnare inter sese videantur. Quare et divinatione opus est in interpretando et in divinando temperantia. Neutrius autem fructus poterit maturus esse, nisi diuturna exercitatio accesserit et usus. In quo non solum grammatica interpretatio opus est perpolitae atque ad omne stili genus accommodatae, verum etiam historica, qua qui careat neque restituere mutila poterit et in apertissimis saepe laboratur necesse est. At vero res grammaticae et historicae non omnes hauriri aliunde possunt, sed sunt haud raro ex ipsis petendae inscriptionibus atque heuristicae quaedam ratione exputandae. Unde quanta sit cautio adhibenda in restituendis titulis, existimari potest.

Quae quum ita sint, quemadmodum apud Platonem (Resp. II. 368. D.) iis, qui non acute cernunt, si quis parvas litteras et procul positas legendas mandasset, operae pretium videri dicitur, easdem litteras alibi in maiori loco scriptas maiores adire, quo facilius intelligi minores possent, ita in rebus epigraphicis vel maxime valet quod praecipitur, a facillioribus capiendum initium esse, priusquam accedas ad difficiliora. Et quemadmodum, qui paucos scriptores lectitarit, is non eam facultatem consecutus putabitur, ut de totius linguae indole iudicare apte possit, ita qui paucas inscriptiones viderit, nullam nobis vidisse videtur, qui multas, paucas.

Quid autem de fide apographorum aestimanda dicamus? in quibus non minore experientia opus est ei, qui, quousque in mutanda lectione progredi liceat, quae vitia transcribentibus sint, quae lapicidis imputanda, non inepte diiudicare voluerit. Fourmonti, Cyriaci, Pocockii schedas parum cognoverit, qui audaciores iis coniecturas adhibitas miretur. Cf. n. 41. 78. C. Inscr. 91. Sed, ne in negligentioribus solis consistamus, etiam diligentiore saepe ipsius fallunt vitia marmoris, ut ductus sibi agnoscere videatur, qui non sunt in lapide. Gropii quidem et Gavii apographa eiusmodi sunt, ut, etiamsi hinc inde Graeca non praebeant, tamen formam exactissime referant; in quibus saepe, si ductus quosdam vel separaveris

vel colligaveris, nihil est, quod a formâ nativâ magno opere videatur recedere. C. Inscr. f. Multum autem interest, peritus linguae sit, qui transcribit an ignarus, otiosus sit an violentus (C. Inscr. 1741.), secundâ luce fruatur an adversâ. Denique in ipsis inscriptionibus sita sunt menda creberrime, neque est cur negemus errasse quadratarios vel pictones (C. Inscr. 916. Add.). Quae res male perspecta nonnullis superstitionem genuit prorsus mirabilem. Satis erit nominasse Koppium, virum ceterâ doctissimum, qui, ut hoc uno exemplo defungamur (Palaeogr. Crit. P. III. Vol. 4. §. 398.), confusus ductibus tituli mendosissime scripti, qui est C. Inscr. n. 5. haec exsculpsit: ΔΙΣ ΠΕΠΥΓΙΔΟΣ ΤΟΙΟΝ ΝΥ ΕΠΑΣΑΤ ΟΧΕΕΝ, quae, si Superis placet, hunc sensum haberent: *bis effugit mortem, qui unum carmen oscindit ut aveheretur.* Gui superstitioni qui addictus est, etiam n. 44. in principio tituli antiquioris T addi posse auctoriter negabit, praesertim quum et alii et Stuartus, testis locupletissimus, (Antt. Att. T. III. p. 53.), integrum titulum pronuntiaverit, Nihil vero minus neque omitti potuisse litteram istam nisi oscitatione quâdam, et addendam esse certissimum est, eodem iure quo C. Inscr. 160. pr. in ΕΛΡΑΜΜΑΤΕΥΞΕΝ littera Ξ. ex-terminanda est. (\*)

3. Quamquam paucissimi tituli integri supersunt, tamen magna pars eiusmodi est, ut certâ viâ queant restitui, in quo haud raro fieri solet, ut etiam mutilae quaedam inscriptiones altera ex alterâ restituantur, aut aliae partes eiusdem ex aliis, quemadmodum praesertim in tabulis quaestorum Atticis a Boeckhio factum videmus. Cf. infra p. 139. Rarius solet usu venire, ut ex diversis fragmentis commissis integrae restituantur, quod quum Letronnius (Journ. d. Sav. 1832. p. 545. Rech. sur l'Ég. p. 42. sqq.) tum Boeckhius (C. Inscr. n. 141. 278.) praestitit. Sed ut in his rebus multum valet et ingenium et fortuna, ita in nonnullis titulis mutilis, de quibus difficile est quidquam statuere, quo quis exercitior in hoc genere sit, eo promptius habebit ponere, unde fragmentum quodam modo intelligi posse videatur (C. Inscr. n. 731. in Add.). Ac saepe numero contenti esse debemus, si, quod titulorum consilium fuerit et argumentum, invenerimus (cf.

(\*) Exempla correctionum a quadratariis ipsa factarum hinc inde deprehenduntur, ut n. 24. cf. Koie, Comm. epigr. in Holsten. epist. p. 449. Quae errata sunt, interdum punctis notantur, ut in tab. Borgian. cf. Voll. Herculan. Winckelm. II. p. 243. In lapide fere exsculpuntur, v. Beaufort. Karamania p. 155. 216. In quo memorabilia sunt exsculpta odio vel publico instituto nomina imperatorum quorundam, ut M. Aur. Commodi (Letronn. Rech. sur l'Ég. p. 475.) et ipsius Getae (n. 139. C. Inscr. 1625. 2092.), Diocletiani (n. 150.), Galli (C. Inscr. 2744.).



n. 45). In quoq; si latitudinem scripturae leti longitudinem indagatus, cavendum est, ne a lapidis mensura nobis imponi patiámur. Nam haud raro eandem inscriptionem per plures lapides continuatam repperimus (C. Inscr. n. 9688). Unde in multis titulis nisi is, qui transscripsit, trahiderit, quantum spatium scriptura occupaverit, quoque lapidis loco subsiderit, saepe anceps conjectura sit necesse est. Ceterum etiam in inscriptionibus melius conservatis videndum est, integer sit titulus, necne, et quantum et quâ in parte abscisum sit vel corrosum, quemadmodum titulum C. Inscr. n. 169, qui antea integer est habitus, Boeckhio deobit dimidiatum esse, de cuius rei veritate nihil detrahât, qui lapideum integrum esse contulerit, ob eam ipsam causam, quam paullo ante memoravimus. Saepentimero in his orta controversia est, carmine esset titulus an soluta oratione conceptus, ac, si verus, utrum fortuitus esset an meditatius. Id veto quomodo diiudicandum est, non difficile videbitur ei, qui aures habeat orationi poëticae assuetas. Quamquam veram rationem ipsorum usus titulorum docebit. Nam quae in titulis sunt poëticae tentata poëtica, quam composita, ea ad normam poëtarum velle redigere, magna aemulatio videtur. Patet enim, ubi neque in structurâ sit quidquam inaequae in collocazione vocabulorum insolentius, vel quod usum referat poëticam, fortuitum versum censeri oportere, ut C. Inscr. n. 893. *Νεοσιμῆτη·Κηφισοδάριον·Σηενίτης* contra ubi formas collocatidque vocabulorum abhorrebat oratione soluta videantur, atque in brevem dictionem contorta sententia sit, versum mediatum statui convenire, ut verba Olympio Phidiae Iovi subscripta (Paus. V. 40. 2): *Φιδίας·Καρμίδου·υἱὸς·Ἀθηναῖος·μὲν·ἔπησας*, in quo non solum vox υἱὸς sed etiam appositum pronomen μὲν vetsum esse mediatum evincit. Cf. n. 28, 29, 44, C. Inscr. n. 5, 177. Titulus Crissaeus, C. Inscr. n. 1, ad metricum sit, equidem me fateor dubitari. Metricam formam praesertim in donariis licet deprehendi retentam illam quidem ex eâ aetate, quâ Graeci soluta oratione in rebus solemnioribus non sunt soliti uti. Moris fuit, ubi verba non omnia intorant versum, partem certe metro concludere. Rem conficit Paus. V. 27. 1.

*Φόρμις ἀνέδηκεν*

*Ἀρκὰς·Μαινάλιος,·νῦν·δὲ·Συρακόσιος*  
cf. Paus. VI. 14. 6, X. 7. 4. C. Inscr. n. 456. Atque hinc de n. 27, 48, existimare licet. Cf. C. Inscr. I. Add. p. 883. Ceterum constat in huiusmodi versibus magno opere variari. Sic ternis versibus heroicis unus additur elegiacus. C. Inscr. n. 85, 1001, 1080. cf. Welcker, Syll. ip. 193. Diar. Archaeol.

HAL. 1837. p. 149. In 69. In Neque Heptameter Stesichorus. Et constat inter hexametros esse exempla: est C. Inscr. n. 1808. Cf. Weldker, Syll. In. 1. 5. Et in omnibus propriis, quia non intrabant versus, ita prospiciebant peritiores, ut in metrum mutarenti. Hinc C. Inscr. (Hephæst. p. 22. ed. Gaisf.) præter regulam isonarium iambicum elegiacis inseruit: *Καὶ τὸν Κλέριον υἱὸν Ἀθηναῖα ἐστὲφανώσαι* (C. Inscr. n. 111. b. in Add. Audacius is, qui scripsit. (Dian. Archæol. Hal. 1837. p. 118. n. 5.)

Ἐνθάδε τὴν ἀγαθὴν καὶ σώφρονα γαῖ' ἐκάλυψεν  
Ἄρχεστράτην ἀνδρὶ ποθεινοτάτην.

Vitiosa ætas sequior suppeditat, ut C. Inscr. n. 863. b. in Add.

Κῶς μὲν μοι πατρίς ἐστίν· ἐγὼ δ' ὄνομα Νεικομήδης. (\*)

Haec nominum propriorum difficultas ætate Romanâ etiam ita removebatur, ut nomen inter binos versus divideretur, quemadmodum est in titulo Romano (Falconer. Inscr. Athlett. p. 127. sq.):

Ἰήκε δ' ὁμοῦ νούσων τε κακῶν ζῶαγρια Νικομήδης καὶ χειρῶν δειγµα παλαιγενέων.

Denique memorabiles sunt interpolationes metrum corrumpentes, C. Inscr. n. 954. 1064. quas Jacobsius recte iudicat neque a poetis profectas videri neque a quadratariis, sed ab iis, qui illas inscriptiones faciendas curaverunt, plerumque perspicuitatis causa. Ad barbariem vero referendi tituli sunt ex oratione solutâ et membris carminis conflati, ut C. Inscr. n. 2211. 2372.

5. Superest ut de titulis bilinguibus videndum sit. Horum notitia usque ad Darii tempora redit; qui omnium, quas ducebat, gentium nomina insculpi iussit litteris Assyriis et graecis (Herod. IV. 87.). Sed usum quum Macedonum imperium tum Romanorum imprimis movisse videtur. Et consentaneum est titulis barbaris versionem graecam apponi aetate eâ, qua lingua graeca celeberrima erat. Ex quo genere supersunt tituli linguâ phoeniciâ concepti (C. Inscr. n. 859. 894. ap. Gesen. Mon. Phoen. P. I.

(\*) Quamquam hoc quidem non eiusmodi est, ut explicari non possit. Quippe dactyli altera pars videri potest in tres moras soluta (ὄνομα) musicae rationi  $\bar{\eta}$  respondere et Νεικομήδης ita proferri ut syllaba secunda producat, siquidem liquida  $\mu$  haud raro vim producendi habet vel simplex posita vel duplicata (ut φιλομειδής - φιλομμειδής). Sed verendum utique ne is, qui verum fecit, ita potius legerit: ἐγὼ δ' ὄνομα Νεικμήδης. cf. p. 248. not. 1.

p. 113. sqq. P. III. tab. 9. 10. et tit. Melitens. ibid. P. I. p. 93. sq. P. III. tab. 6.), lyciâ (G. F. Grotefend Remarks on some inscriptions found in Lycia and Phrygia, in Transact. of the Royal Asiatic Society. Vol. III. P. II. 1833. p. 317. sqq.), scripturâ hieroglyphicâ et demoticâ (v. lap. Rossett. expl. a Drumanno. 1823. cf. Kosegarten de priscâ Aegypt. litt. 1828.); linguâ latinâ (C. Inscr. n. 1537. 2958. 2959. 2971. cf. decret. I. Caes. ap. Joseph. arch. XIV. X. 3. et monum. Ancyran. Monatsbericht d. Berl. Akademie v. Juni 1839.).

## II.

### DE COLLECTIONIBUS INSCRIPTIONUM GRAECARUM.

1. **O**missis scriptoribus ab Herodoto usque ad Cosmam Indopleaston et hoc recentioribus, qui inscriptionum hinc inde mentionem faciunt, principem nominamus Philochorum Atheniensem, vatem et haruspicem, Olympi 118-129. virum de antiquitate Atticâ inprimis meritum, qui edidit *ἐπιγραμμάτια Ἀττικὰ* (Suid.). Successit huic Polemo Euergeti f. Graecanicus, periegetes, Aristophanis Byzantli aequalis, ob indefessum inscriptionum studium *Σηλεκόπας* vocatus (Athen. VI. p. 234. C. sq. 235. B.); qui scripsit *περὶ τῶν κατὰ πόλεις ἐπιγραμμάτων* (Athen. X. p. 436. D. p. 442. E.), *περὶ τῶν ἐν Λακεδαίμονι ἀναθημάτων* (Athen. XIII. p. 574. C.), *περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀγορᾶς* s. *περὶ τῶν ἀναθημάτων τῶν ἐν τῇ ἀγορᾷ* (Strab. IX. p. 896. Athen. XI. p. 472. B.). Deinde Aristodemus, rerum Thebanarum scriptor, *περὶ τῶν Θηβαίων ἐπιγραμμάτων* (Schol. Apoll. Rhod. II. 906. cf. Valcken. ad Schol. Eur. Phoen. p. 114. sq. et Boeckh. Praef. Schol. Pind. p. XIV.). Tum Alcetas *περὶ τῶν ἐν Δελφοῖς ἀναθημάτων* (Athen. XIII. p. 594. C.), Menetor *περὶ ἀναθημάτων* (Athen. XIII. p. 594. D.), Apellas Ponticus (ex conl. Dorvill. Misc. Obs. VII. p. 28.), Neoptolemus Parianus *περὶ ἐπιγραμμάτων* (Athen. X. p. 454. E.). Ex quibus postea profecerunt Anthologiarum conditores. (cf. de scriptoribus Reines. Synt. inscri. praef. et Jacobs. Prolegg. Anthol. p. XXXIV. sq. Preller Polemonis fragm. 1838.). Praeterea hac pertinent Heliqddrus *περὶ τῶν ἐν Ἀθήνησι τριπόδων* (Harpocr. v. Ὀνήτωρ. cf. Corp. Inscr. n. 211.), Didascaliae, ex inscriptionibus potissimum collectae (v. Corp. Inscr. ad n. 229.), et Crateri Macedonis *ψηφισμάτων συναγωγὴ* s. *περὶ ψηφισμάτων* (Harpocr. v. ἐπί διαμαγτᾶσι. Schol. Aristoph. Ran. 323. Phylarch. Aristid. 26. coll. Steph. Byz. v. Χαλκίδα, Καλαπύριον, Τυρὶδα, Καρήνη, Ἀρταία, Ἀμφίμανθος. Harpocr. v. Ἄδρων, ναυτοδίκαι, Νύμφαιον, Ἐρετύσια. Phot. v. ναυτοδίκαι. Phot. et Suid. v. Νύμφαιον. Poll. VIII. 126. Schol. Aristoph. Av. 1073.). Quorum decretorum magna certe pars Boeckhio visa est ex inscriptionibus, reliqua ex tabulario Attico petita (v. Oecon. civ. Ath. I. p. 213.). Nec dissimile veri, ex Crateri simulibusque collectionibus eos hausisse, qui Attica nobis decreta conservavit magnam partem oratoribus inserta (v. Demosth.

de Cor. Vitas X rhetorum. Boeckh. Commentat. de archontibus pseudonymis). Ceterum titulis alii quoque scriptores usi sunt, ut Diyllus Atheniensis (Plut. de malign. Herod. c. 26.), ut Isocrates, qui proxeniam et centum minarum donum ab Atheniensibus Pindaro datum (*περι ἀντιδόσ.* p. 87. ed. Orell.) ex decreto novitizali, qualia plurima supersunt, lapidibus incisa. Quam vero Theopompus memorat inscriptionem ad foedus quod vocatur Cimonium pertinentem, eam ille ipse utpote litteris Ionicis exaratam, fictam iudicabat (Harpocr. v. Ἀττικοῖς γραμμασι). Easdem inducias a Cratero servatas cum Theopompo subditicias iudicarat Callisthenes (Plut. Cim. 13. et de hac pace vid. quae nuper disputavit. Krüger, Historisch-Philolog. Stud. p. 78-143.). Postremo Timaeus Siculus ob inscriptionum studium celebratur a Polybio (XII, 12, 2.). At vero quae per barbaras aetates perdurarunt inscriptiones, iis colligendis initio saeculi XV. primus operam dedit Cyriacus Anconitanus, cuius schedae etiam nunc Romae exstant in bibliotheca Barberina. Huic successerunt ad nostram usque aetatem plurimorum doctorum curae, quarum minimam partem ampliora Gruteri, Reinesii, Sponii, Fabretti, Muratorii, Donii, Donati, aliorum opera ex graecis latinisque titulis mixta comprehendunt. Universam lateque sparsam materiam in unum corpus colligendam superiori saeculo speceperat Scipio Maffei (*Prospectus universalis collectionis latinarum veterum ac graecarum, ethnicarum et Christianarum inscriptionum, quam tibva Kenoticis societas totius Europae doctis neque antiquariae studiosis hominibus exhibet ac proponit.* a. 1732. folio volante italice et latine editus; idem gallice exstat in Bibliothéque Italique T. XV. p. 84/ et latine recusus est a. 1786. a Jul. Caes. Beoellio in fine libelli Maffeiiani de Graecorum siglis lapidariis p. 121. sqq. cf. Maffei *Osservaz. letter.* I. p. 245.). Sed nec Maffei quod instituerat persecutus est (v. Mus. Veron. Praef. p. VII.), nec Jos. Carcanius (Martini ad Braesti Archaeol. p. 217.) universalem inscriptionum collectionem meditatus promisso stetit, nec denique Ignat. M. Raponius susceptam graecarum inscriptionum adorationem perfecit (*Ign. M. Raponi Romani de epigrammate Graeco-Romae in Coelimonianis Matthaeiorum hortis existente ad Cl. Fr. Rich. Chandler. Angl. Velitr. 1788. 4°*). Recensum librorum, in quibus tractantur tituli, vid. ap. Christ. in commentat. de litt. et art. antiq. ed. Zeune, 1776. p. 126. sqq. Ad augendam interim suppellectilem contulerunt R. Pococke, *Inscr. ant. graec. (et lat.) Lond. 1752. fol.* — P. M. Paciaudi, *Monumenta Peloponnesiaca, Rom. 1764. Tomi II. 4°*. — Ben. Passionni, *Inscr. antiche. Lucc. 1763. fol.* — Princeps Torremuzza, *le antiche iscrizioni*

di Palermo, Pal. 1762. fol. Eiusd. Siciliae et obiacentium insularum veterum inscriptionum nova collectio, Panorm. 1769. fol. — Rich. Chandler, Inscriptt. antiquae pleraeque notandum editae in Asia minore et Graecia, praesertim Athenis collectae, Oxon. 1774. fol. Fr. Osanni sylloge Inscr. ant. graec. et latin. Ienae (postea Darmst.) 1822. VIII. fasc. fol. — H. I. Rose, inscriptiones graecae vetustissimae, Cantabr. 1825. 8. — C. Viduae, Inscr. antiquae in Turcico itinere collectae. Paris. 1827. 8. — L. Rossius, Inscriptiones graecae ineditae. fasc. I. Neapoli. 1834. Praeterea inter principes titulorum investigatores nominandus est Leakius Britannus, qui inscriptiones a se repertas cum notis sparsit quum in aliis collectionibus (v. Itin. Pelop. et As.), tum in Walpolei opere, quod inscribitur *Travels*.

Itaque quum Academiae litterarum regiae Borussiae classis historicae et philologicae opus Graecae inscriptiones omnes complectens deesse videret, ante annos plus quam viginti constituit Corpus Inscriptionum Graecarum edere, cuius operis quum curam aliquot ex sociis iniuncta esset, ut Buttmanno, Schleiermachero, Bekkero, tum adornationis provinciae Boeckhio demandata est. Huius eximii operis ad hunc usque diem voluminis secundum duo fasciculi in lucem prodierunt. Sed, ut fere fit in materia, in qua aetas semper nova solet atque auctiora proferre, vel inter scribendum Boeckhio magna ineditorum titulorum copia subministrata est, ut spes sit resurgente praesertim Graecia, quum totum opus absolutum fuerit, fore ut supplementa satis ampla addi possint.

## III.

## DE ORIGINE ALPHABETI GRAECL

De litterarum origine ut variae sunt veterum opiniones, ita postarum fabulis grammaticorumque commentis etiam difficilior facta disquisitio est.

Palamedis a Stesichoro (fragm. 38.) tributam esse inventionem litterarum docet Schol. ap. Bekk. Anecd. II. p. 786. 783. Cum quo consentit Euripides Palamed. fragm. Dindorf. p. 104. Gorg. declam. p. 690. Alcid. p. 671. Lucian. ind. vocal. 5. Dio Chrysost. XIII. p. 428. R. Fragm. Uffenb. p. 667. Hygin. fab. CCLXXIV. Themist. or. IV. p. 60. Αἰσίου τῆς Κάδμου καὶ Παλαμίδου τέχνης δημιουργούς. Sedecim litteras a Palamede inventas esse dicunt Tacit. Annal. XI. 14. Cedren. (Casaub. ad Suet. Claud. 41.) et Tetz. Phil. V. Exeg. in Il. p. 46. 77. Theodos. Gram. p. 1. Septendecim litteras eidem tribuit Schol. Eurip. Orest. 432. οὗτος ὁ Παλαμίδης λέγεται εὐρηκέναι ἰζ' ἑγράμματα· μήπω τότε αὐτα, ἀλλὰ Φοινίκων γράμμασι· ἐχρῶσσο· οἱ αἰθρωποὶ· ἀλλὰ δὲ ἄλλοις. Undecim Hygin. fab. 277. Sed quoniam per obitam antiquitatem fere constans fama esset, litteras Graecas per Cadmum innotuisse, alii aliter rem expedire instituerunt, ut Athanas. or. c. gentt. c. 18. p. 16. γράμματα μὲν γὰρ ἐφεῦρον Φοίνικες — τῶν δὲ γραμμάτων τὴν σύνταξιν — Παλαμίδης ἐφεῦρεν. Quod ex Aeschylo (Prom. 458.) adumbratum videtur Jahnio (Palamed. p. 24.). Anonym. in Cod. Vat. 711. fol. 97. B. ap. Walz. ad Arsen. Viol. p. 463. χρὴ εἶδέναι ὅτι πρότερον Ἕλληνας Φοινικοῖς ἐχρῶντο γράμμασιν· ὕστερον δὲ ἐλθὼν ὁ Παλαμίδης ἀνὴρ εὖ εἰδὼς καὶ πάσης ἐπιστήμης ἔμπλεως, ἀρξάμενος ἀπὸ τοῦ α δέκα ἔξ μόνον στοιχεῖα εὔρε· τοῖς Ἕλλησιν· α β γ δ ε ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ καὶ υ. Quumque initio sedecim tantum litteras a Cadmo traditas legerent, ita Palamedis inventioni prospiciebant, ut post Cadmum ab eo reliquas vel omnes vel partim inventas dicerent. Quattuor litteras Palamedi tribuit Plutarch. symp. IX. 3. T. VIII. p. 946. R. quae sunt ΖΘΦΧ (Bekk. Anecd. II. p. 782.) — ΖΓΦΧ (Suid. v. Παλαμίδης, et Hesych. Miles. p. 44. Or.) — ΗΨΦΧ (Max. Victorin. Art. Gram. p. 1944. P. 276. L. et Erotemm. Gramm. ex Max. Victorin. in Endlicheri Anall. Gramm. p. 199.) — ΘΦΧΞ (Schol. Greg. Naz. ad Stelit. I. p. 66. Plin. H. N. VII. 56.). Tres litterae eidem tribuuntur ΗΧΩ Isidor. Orig. III, 1, 6. — ΘΦΧ (Serv. ad Virg. Aen. II. 86. secundum quos-

*ἄλλα ἢ τὰς ῥεππεῖν litteras; quae res si forte sit dubia, tamen certum est, ΘΦΧ ab hoc inventas cum aspiratione).* Cum Isid. quodam modo consentit Irenaeus adv. Haeret. I, 15, 4. Ἕλληνες ὁμολογοῦσιν ἀπὸ Κάδμου πρῶτον ἕξ καὶ δέκα παρεληφέναι, εἶτα μετέπειτα προβαίνοντων τῶν χρόνων αὐτοὶ ἐξευρηκέναι ποτὲ μὲν τὰ δασέα, ποτὲ δὲ τὰ διπλά, ἔσχατον δὲ πάντων Παλαμήδην φασὶ τὰ μικρὰ τούτοις προστεθειμέναι. Cf. Constant. Lascaris προλεγόμενα τοῦ σοφοῦ Ὀρφείου in marmoribus Taurinensibus T. I. p. 98. Et quae littera Φ ab his Palamede tribuitur, huius inventiendae occasionem agmen graum praetervolantium dedisse fertur (Philostr. Her. X, 3. Auson. XII. de litt. mon. 25. Martial. XIII, 75. Cf. Nemes. fragm. de autup. 15. Bochart, Hieroz. II. 1. c. 11.). Ceterum Palamedem non invenisse litteras Tzetzes eo sibi argumento visus est demonstrasse, quod ante eum oraculum quoddam litteris perscriptum fuisset (Chil. V. 804. sqq. X. 442. sq. cf. XII. 36-124.).

Atque ut Palamedi Stesichorus, ita alii aliis inventionem litterarum tribuerunt aut universam aut cum quadam restrictione, ut Prometheo (Aeschyl. Prom. 469.), Orpheo (Aeid. c. Palam. p. 75. T. VIII. Reiske, cf. Lobeck. Aglaoph. p. 234.), Musaeo (ap. Schol. in Bekk. Anecd. II. p. 783.), Theuth. Hermiae (Plat. Phaedr. 274. Diod. I. 16. Plutarch. Symp. IX. quaest. 3. Gell. ap. Plin. VII, 57.), Menoni cuidam in Aegypto XV annis ante Phoroneum antiquissimum Graeciae regem (Anticl. ap. Plin. l. c. cf. Bekk. Anecd. II. p. 783. et Tacit. Annal. XI, 14. qui idem ex Aegypto repetit litteras ut deinceps a Phoenicibus propagatas), Lino (Diod. III. 67. ex fabb. Libyc. suffragante Dionysio Milesio; ex alio scriptore idem III, 66. refert Linum litteras a Cadmo e Phoenicia in Graeciam allatas ad Graecorum dialectum transformasse suumque singulis constituisse nomen characteresque affinxisse; unde litteras communi quidem Phoeniciarum appellatione comprehendi, quod ad Graecos e Phoenicia fuerint allatae; sed postea Pelasgicarum, quia hisce characteribus transformati primi sint usi Pelasgi (cf. Wessel. ad h. l. et Perizon. ad Aelian. V. H. III, 23. Suid. v. λίνον. Eudoc. p. 282. Zenob. Καδμεία νίκη. Theocr. Idyll. XXIV, 104.; quae fabula quomodo nata sit, optime docuit Ambrosch. in dissert. de Lino p. 11.); postremo Cecropi (Tacit. Annal. XI, 14. de fabula Cecropis v. Müll. Orchom. p. 106. sq.).

Denique quas litteras alii Palamedi tribuunt, eas alii a Simonide (\*) vel Epicharmo inventas esse volunt, ut Simonidi tribuantur ΘΦΧ a Mario

(\*) Simonides Ceus est, non Amorginus, ut testatur Plin. l. c. Melicum cum i. e. μελιχοῖο appellans. Cf. Interpr. ad Hygin. fabb. 277.



Victorin. p. 2459. Cadmo Milesio a Tzetze Chil. V. 840. ΖΞΨ Simonidi ab Eustath. ΖΗΨΩ a Plin. VII. 561. (pro Z Suid. et Salmas. Ξ ab eo additam statuunt), Epicharmo autem ΖΞΨ a Tzetze l.c. et Moschop. p. 18. ed. Titze, ΘΧ ab Aristotele ap. Plin. l.c. Omnino Graeci alphabeti ut certa primordia sunt in origine Phoenicia, ita certus terminus in litteraturâ Ionica s. Simonideâ: Quae inter utrumque à veteribus ponuntur, incerta omnia et fabulosa. Et quamquam omnes ferè in litterarum numero primitivo XVI. conveniunt (Plutarchi. symp. quaest. S. ed. Hutt. XI. p. 404. Plin. VII. 57. Tacit. XI. 14. cf. Cedren. l.c. et Tzetze. Ohil. V. dein XII. 61. sq. τῶν συγγαμμάτων πρώτων μὲν ἐχόντων ἕξ καὶ δύο, ἕτα ἐνισκανάδην τὰ σύμπαντα στοιχεῖα, καὶ καθ' ἑξῆς μέχρις αὐτῶν τῶν εἰκοσιπέντα. cf. Bekk. Anecd. II. p. 780. Scalig. ad Euseb. sub fin. dissertat. quae incipit p. 102.), tamen et Aristoteli refragantur, qui posuit XVIII, et quum ipsi inter se dissentiunt; de litteris additiis; tum etiam ab iis, quae Aristoteli tribuere Plinius videtur, longius discedunt, ut ille in priscis numerat Ζ, quod Palamedi ab Hesychio, Epicharmo a Tzetze aliisque (Bekk. Anecd. II. p. 782.), Simonidi a Plinio et Eustathio tribuitur; Ξ Palamedi a Plinio, Epicharmo a Tzetze, Simonidi a Suidâ et Eustathio; Φ in priscis ab Aristotele (si modo ab ipso litterarum dinumeratio profecta est) numeratur, dum consonae aspiratae omnes Palamedi a Plinio plurimisque grammaticis, Simonidi a Mario Victorino, Cadmo Milesio a Tzetze tribuuntur. Denique ipsum Γ ab Hesychio in additiis refertur, nisi ibi Θ scriptum fuisse existimaveris.

Ut paucis defungamur, Grammatici variis modis decepti a poëtis quum errore ipsorum proprio βαῦ. F et spiritus notam H litteras esse negarent (Bekk. Anecd. II. p. 777.), Θ autem una cum ΦΧ, et Ζ una cum ΞΨ inventas esse sibi persuaderent (Bekk. Anecd. II. p. 780.), de alphabeto prorsus contentio verba faciunt, quod elementis sedecim numero constare arbitrantur:

α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ

Ac ne Aristotelem quidem, si modo ab ipso litterae istae proficiuntur, quas Plinii libri offerunt, opinione quadam praecipitata absolvere possimus. Ponamus illos alphabetum Atticum respexisse. Falsos esse ex iis, quae sequuntur, apparebit. Nam quum ex alphabeto Phoenicio titulisque vetustissimis appareat fuisse elementa, quae a Grammaticis nec pro primitivis sint nec pro additiis habita, inde sequi videtur, numquam eos ad fontem, ex quo haurire deberent, rediisse.

2. His praemissis ad causam ipsam accedamus. Litteras Graecas ex Oriente advectas Phoenicibus deberi inter omnes constat. V. Herodot. V, 58. Critias ap. Athen. L. 22. coll. Eustath. ad Odys. ξ. p. 177. Plin. HN. V. 42. Diod. III, 66. coll. V, 74. et Wessel. Clem. Alex. Strom. I. p. 206. Di. ed. Col. Hesych. v. φοινικία, φοινική, φοινίκα, et Suid. v. γράμματα coll. Hesych. v. ἐκφοινίζα. Tatian. or. ad Graec. L. cf. Vofs. Art. Gram. I, 10. Bochart. de Col. Phoen. I, 20. Scalig. ad Euseb. p. 103. Montefalc. de Palaeogr. gr. p. 117. sq. Gesen. Monum. Phoen. p. 65. Non commemoratur in his, quae de litterarum origine et propagatione ex fabulosa Pelasgorum historia (cf. Knight. p. 119-123. Roehett. p. 67-87.) neque in iis, quae de Cadmo narrantur, quem umquam fuisse hodie iam nemo crediderit. V. Müller. Orchom. p. 113. sqq. Illud nobis persuasum est in diis artibus, quas a Phoenicibus ad Graecos allatas Homeri aetate vult Müllerus (Orchom. p. 113. sq.), artem scriptoriam referri non posse. Nam, utcumque statuetis de aetate Homeri (cf. §. 4.), tempore belli Troiani litteraturam quantumvis raram obtinuisse negari non potest, nisi antiquo illi aevo idem velis improbrari, quod tragicis Palamedem gloriosum in scenam producentibus improbravit Plato (Resp. VII, 60 p. 522. D.). Ex Herodoti sententia litteratura Phoenicia Graecis ea aetate innouit, quae Pelasgi Attici ab Ione denominationem habuerunt. Unde apparet falli eos, qui rem ad tempora post Heracidarum reditum detrudi oportere arbitrantur. Neo tamen defuerunt, qui Pelasgi aliisque Graeciae gentibus vel ante Cadmi creditum in Graeciam adventum cognita fuisse crederent (Bekk. Anecd. II, p. 783. cf. Nitzsch. Hist. Hom. I, p. 78. sq.). Unde fabula Pelasgos primos alphabetum Phoenicum recepisse (Diopys. ap. Diod. III, 67.) eosque litteras a Deubaleonei diluvii clade servasse (Eustath. II, 3. 358. Bekk. Anecd. II, p. 785.) Quae fabula cum Lino composita atque uno Zehobii testimonio fretus Boetherius (in calce Montef. Palaeogr.) studebat evincere, Linum non Phoenicias litteras docuisse sed Pelagicas et eas quidem Phoenicias a Cadmo allatis antiquiores, quas Cadmus ipse demonstrasset. Sed fabulae nihil proficiunt, et nomen Πελασγικῶν γραμμάτων ab Herodoti aemulis inventum videtur. Alphabeti Phoenicii omnes viginti duas litteras cum antiquis graecis congruere, nisi quod sibilantia sedes quas in alphabeto graeco permutarint, hodie nemo (est qui ignorat. Cf. Boeckh. Oecon. civ. Ath. II, p. 386. Gesen. Mon. Phoen. p. 65. tab. I. coll. Bekk. DN. III, p. 402. et in printis Swinton. Inscriptt. Gl. Oxon. 1750. Littera Σα. 7 (δύαμις postea vocatum, vid. Herb. Marib. Harae Pelasgicae) in utroque alphabeto sexta, Chēt Η octava, quae primam spiritui aspero

designando inserviit, deinde in vocalem  $\eta\tau\alpha$  vertit, non secus quam  $\alpha$  natum est. ex Aleph,  $\epsilon$  ex He,  $\iota$  ex Iod,  $\omicron$  ex Ain, quae omnes in lingua Phoeniciá proprie consonae fuerunt (v. Gesen. l. c. et Boeckh. ad inscriptt. Ther.); undevigesima Koppa  $\varphi$  tum figurá et potestate, tum nomine Kóph phoenicio respondens, quae sedem suam in latino alphabeto retinuit, apud gentes quasdam Graeciae maturé in supervacaneis habita. Cf. voc.  $\kappa\omicron\pi\pi\alpha\iota\varsigma$  et Schol. Aristoph. Nub. 23. c. interpr. Boettiger. Vasengemälde. I. 124. Annal. Inst. Archaeol. Rom. I. 317. Quemadmodum autem  $\kappa\omicron\pi\pi\alpha$  et  $\kappa\acute{\alpha}\pi\pi\alpha$ , ita etiam litterarum Samech =  $\sigma\acute{\omicron}\gamma\mu\alpha$  et Schin =  $\sigma\acute{\alpha}\nu$  (Athen. X. p. 454. f. 467. a) forma et potestas maturé Graecis in unum coaluerunt. Quippe litterae Sigma forma a Phoenicio Samech petita haec fuit  $\aleph$ . San autem ut sono et nomine ita formá phoenicio Schin (W — M) respondebat. Mox quum pinguior sonus litterae  $\sigma\acute{\alpha}\nu$  rarius audiretur, ambo in unam litteram coaluerunt a Ionibus  $\sigma\acute{\omicron}\gamma\mu\alpha$  appellatam atque in sede litterae  $\sigma\acute{\alpha}\nu$  repositam. Sed Dorae diutius litteram  $\sigma$  in certis vocibus pinguiore sono pronuntiasse eamque nomine  $\sigma\acute{\alpha}\nu$  nuncupasse verisimile est (Herodot. I. 139.), donec sonus iste rusticus et spurius ( $\sigma\acute{\alpha}\nu$   $\kappa\acute{\alpha}\beta\delta\alpha\lambda\omicron\nu$  Pind. ap. Athen. XI. p. 467.) prorsus eiiceretur (cf. Pars I. cap. I. §. 3.). Quo facto utrumque nomen ( $\sigma\acute{\omicron}\gamma\mu\alpha$  et  $\sigma\acute{\alpha}\nu$ ) et utriusque litterae figurae ( $\aleph$  et M) promiscue de eodem sono coepta sunt usurpari (v. Gesen. l. c. p. 66.). Postea receptá numeratione litterali, una cum  $\beta\alpha\upsilon$  et  $\kappa\acute{\omicron}\pi\pi\alpha$  etiam  $\sigma\acute{\alpha}\nu$  in alphabetum revocatum est, cuius ut nomen  $\sigma\alpha\nu\pi\iota$  lusui grammatico debetur (nam  $\aleph$  ita natum videtur, ut inverso C inscripta sit littera  $\Pi$ ), ita hoc  $\epsilon\pi\acute{\iota}\sigma\eta\mu\alpha\nu$  casu quodam post ultimam litteram alphabeti Ionici repositum numerum 900 significat. V. Boeckh. Oecón. civ. Ath. II. p. 386. Eckh. D. N. IV, p. 384. sqq. et voc.  $\sigma\alpha\mu\phi\acute{\epsilon}\rho\alpha\varsigma$  ap. Aristoph. coll. Schol. et Interpr. — Denique quae supersunt sibilantia Sain et Zade, eorum alterum (Sain) graeco  $\xi$ , alterum (Zade) graeco  $\zeta\eta\tau\alpha$  respondet. Quod, licet propter figuram litterarum potestatemque improbatum a Gesenio l. c., si nomina ipsa respexeris, verissimum est. Nihil enim obstat, quominus permutationem quandam litterarum Phoeniciarum a Graecis ipsis profectam esse statuamus; id quod et figura Phoenicia Z suadet iet  $\kappa\epsilon\tau\alpha$  Graecorum ab initio, ut videtur, suo loco relictum, quippe cuius nomen ad analogiam vicinorum (eta, theta) formatum sit. cf. Baumlein de primit. alph. gr. p. 23. Itaque littera  $\xi$ , quam antiquissimam esse vel ex situ, quem in alphabeto occupavit, intelligi potest, in locum litterae Samech cessasse putanda est; quum  $\sigma\acute{\alpha}\nu$  etiam litteram  $\sigma\acute{\omicron}\gamma\mu\alpha$  in sedem suam recepisset. De ceterarum litterarum nominibus cf. Gesen. l. c. p. 67.

Alphabetum igitur Phoenicium cum graeco antiquissimo ita fere procedit:

Aleph	𐤀 𐤁	Α	Α Χι
Beth	𐤂 𐤃	Β	Β
Gimel	𐤄 𐤅	Γ	Γ
Daleth	𐤆 𐤇 𐤈	Δ Δ	Δ Δ Δ
He	𐤉 𐤊 𐤋	Ε	Ε
Vau	𐤌 𐤍	Ϝ	Ϝ
Sain	𐤎	..	.. (I)
Chet	𐤏 𐤐 𐤑	Θ	Θ
Tet	𐤒 𐤓	⊙	⊙
Iod	𐤔 𐤕	Ϛ	Ϛ
Caph	𐤖 𐤗 𐤘	Κ	Κ
Lamed	𐤙 𐤚 𐤛	Λ	Λ
Mem	𐤜	Μ	Μ
Nun	𐤝 𐤞 𐤟	Ν	Ν
Samech	𐤠	Ξ	Ξ (postea + vel ⊞)
Ain	𐤡 𐤢	⊙	⊙
Phe	𐤣	Ϙ	Ϙ
Zade	𐤤	..	..
Koph	𐤥 𐤦	ϙ	ϙ
Resch	𐤧 𐤨 𐤩 𐤪	Ϡ Ϡ	Ϡ Ϡ
Schin	𐤫	Μ	Μ
Tau	𐤬	Τ	Τ

Litteris græcis initio eandem figuram fuisse quam Phœnicis, mox una cum linguâ etiam modum litterarum figuramque ab ipsis Phœnicibus paullum immutatam esse tradit Herodotus (V. 58.). Et temporis progressu ipsos Iones aliquantulum variasse in litteris idem auctor est. Quas mutationes hodie qui velit indagare, vereor ne operam ludat (cf. tamen Bœuml. l. c. p. 37. sq.). Nec minus incertum est, quot qualibusque primum litteris Græci usi sint. (\*) Atque Iones quidem etsi huius quoque praeclaræ rei utilitatem primos animadvertisse ad eamque studium et ingenium suum contulisse facile concedimus, tamen eorum commercio litterarum Phœniciarum cognitionem Græcos debuisse (ut putat Müller. Diar. litt. Gott. 1831. n. 31. p. 299.) obstinate negamus. Nam quum vel ante Iones commercio florentes a ceteris Græcis haec cognitio abiudicari non possit, tum alphabetum Phœnicium non ab una gente per Græciam propagatum sed in diversis regionibus ab ipsis Phœnicibus sparsum esse pluribus ex indiciis colligas.

3. Ex alphabeto igitur Phœnicio quum Aeoles Doræque pleraque omnia deprompserint, Iones qui Atticam incolebant, has potissimum litteras videntur frequentasse:

Α Β Γ Δ Ε Ζ Η Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ο Π Ρ Σ Τ

Neque enim Plinii verba, quinor, recte interpretabimur (H. N. VII. 58.), si priscos Atticos ΤΘ pro Θ scripsisse putemus; id quod neque ex inscriptionibus (\*\*) neque ex nummis demonstrari potest (v. Corp. Inscr. I. p. 6.), nec nisi Grammatici et lingua latina factum testantur (Dionys. Thrac. Bekk. Anecd. II. p. 780. Mar. Victorin. p. 2459. Priscian. p. 542. lib. I. de numero litterarum); neque fidem habemus Plinio, qui Aristotelem refert litteram Θ ab Epicharmo quam a Palamede additam maluisse. Nam quum appareat eam ex alphabeto Phœnicio ad Græcos transiisse, tum obtinuisse in alphabeto vetustissimo, in quo ΓΗ et ΚΗ (pro Φ et Χ), inscriptiones Theraeae docent (v. paullo post). At, inquires, cur non ante Theraeum alphabetum existerit aliud, quod litteram Θ caruerit? Hoc primum probabile non est vel propter locum, quem Θ in alphabeto occupavit. Neve mihi obiicias litteram ξ, quam antiquissimis temporibus quum Samech (σῑμϰ) in locum litterae Schin (σῑν) cessisset, illius sedem occupasse apertum est. Deinde antiquius Theraeo alphabetum Grammatici non cognoverunt, qui primam aetatem litteram

(\*) Ad illam aetatem Grammaticos qui de XVI litteris somniant, non respexisse, non est cur moneamus.

(\*\*) Cave tibi imponi patiaris a titulo male transcripto Corp. Inscr. n. 2057.

Υ terminarint (v. infra 5.). Quippe Grammatici si litteram Θ una cum Φ et Χ inventam tradiderunt, id censendi sunt fecisse propterea, quod aspiratas omnes eodem modo natas crederent. Atque ut aspiratas, ita duplicem Ψ nasci sine Ξ et Ζ non potuisse rebantur. Unde has quoque litteras in additiis posuerunt. Atqui litterā Ξ s. Ζ, quae in numero duplicium consonarum male recensetur, quidquid obnitatur Hemsterh. ad Lucian. iud. vocal. p. 316. (\*), ne Homerus quidem carere potuit. Nec dubium est, quum ei litterae in dialectis Δ vel ΣΔ vel ΔΔ substituantur (v. ad n. 17. coll. Corp. Inscr. II. p. 724. Müll. Dor. II. p. 521.), quia statim initio ab Ionibus fuerit frequentata. Id quod vel titulus vetustissimus in galeâ votivâ (Corp. Inscr. n. 30. nobis ad n. 21.) probabile reddit. Sed inde non sequitur litteram Ζ repudiatam esse ab Aeolibus et Doribus; qui eam non solum in alphabeto habuerunt (v. vascul. alphab. M. Graeciae. p. 21.), sed etiam in litteris adhibuerunt, ut docet nomen Ζένυξος in fragmento tituli Lesbicae optimae aetatis (Corp. Inscr. n. 2167.) et inscriptio Cumaea ex aetate Augusti, in qua semel *ὀνυμάσδεσθαι*, saepius *ονυμάζων* et similia.

Atque in tantâ iacturâ titularum, quâ iustum unius aetatis uniusque populi alphabetum construi vix potest, cognitio veteris litteraturae sane eximium incrementum cepit repertis inscriptionibus Theraeis (n. 1-20.). Quippe alphabetum Theraicum, in quo quod digamma et sibilantia quaedam non occurrunt, casu tribuendum est, totum, si Υ ibi obvium exceperis, Phoenicum est. Inest Chet (Θ) spiritum asperum simul et vocalem longam designans (vocalis brevis Ε pro longâ Η in n. 1. a. et n. 5. habetur; sed n. 18. incertum quid significet; vocalis Ω litterâ Ο exprimitur; quae res aetatem prodit, quâ littera Chet ad vim vocalis exprimendam inclinabat); inest Theta Θ, deficientibus Φ et Χ, pro quibus scribitur ΓΘ et ΚΘ; inest denique Koppa Ϙ, quae etiam in n. 2. prima litterâ videtur esse, quidquid de tertiâ statueris (cf. alphab. tit. vetust.). Postremo Ξ et Ψ litteris ΚΜ et ΓΜ repraesentantur, pro quibus inventis aspiratis, Athenienses et gentes quaedam doricae ΧΣ et ΦΣ scribere solebant. Quae quum ita sint, Boekhius (Act. Acad. Berol. 1836. p. 67.), comparatâ columnâ Meliâ (n. 21.), quae idem fere alphabetum praebet, in insulis Therâ et Melo, quarum conditores Phoenices

(\*) Littera Ζ naturâ suâ simplex est. Unde ap. Hom. *οἱ δὲ Ζάκυνθον ἔναιον* et *ἄστν Ζελαίης*. Recteque Schol. ap. Bekk. Aesop. II. p. 316. 29. *εἰ καὶ συγχωροῦμεν αὐτὰ δύναμις ἔχειν δύο συμφώνων, ἐπειδὴ οἱ Διολεῖς κατὰ τὴν προφορὰν τοῦ ζυγῆος σδυγῆς γράφουσι. — ἀλλ' ἑμῶς οὐδὲν κατὰ διάλεκτον ἰδιόζοντα εἶναι καμὸν παραλαμβάνειν.* Cf. Welck. Syll. n. 51.

fuisse memoriae proditum est, litteraturam Phoeniciam diutius vim suam in alphabetum graecum exercuisse coniecit.

4. His igitur litteris primitivis ex alphabeto Phoenicio receptis quae deinceps accesserunt  $\Psi \Phi \chi$  (i. e.  $\Psi \Phi \chi$ ), eodem ordine, quo sese excipiunt in alphabeto, a Graecis ipsis inventae sunt. In quo non magnopere nos offendit memoria Grammaticorum, qui (excepto Mario Victorino Art. Gramm. ed. Putsch, p. 1944.) litteram  $\Psi$  in primitivis posuerunt, quum manifesto sit additicia. Nec vero Pythagorae (Westen. de ling. gr. pronunt. or. III), nec Simonidi (Mar. Victorin. l. c.) potest attribui. Nec, quod Mar. Victorinus dicit: „*apud Graecos autem fuisse  $\chi\psi\omega$  cum  $\iota$  et  $\omega$  non dubito*”, aliis nisi Fourmontianis exemplis demonstrari potest. Nam quod in diphthongo  $\epsilon\iota$  est pro  $\epsilon\psi$ , ut in decreto contra Timotheum habetur in libris  $\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\iota\alpha\varsigma$  pro  $\epsilon\lambda\epsilon\upsilon\sigma\iota\alpha\iota\alpha\varsigma$ , et in aere Eleo (n. 24.)  $\lambda\alpha\tau\tau\epsilon\upsilon\delta\mu\epsilon\upsilon\omicron\nu$  pro  $\lambda\alpha\tau\tau\epsilon\upsilon\delta\mu\epsilon\upsilon\omicron\nu$ , incertum num id ad simplicem vocalem accommodari queat (cf. Corp. Inscr. L p. 84.). Neque huc pertinet usus peculiaris, de quo Giése dial. aeol. p. 418. Quippe Phoenicium  $\beta\alpha\upsilon$  inveniendae litterae  $\Psi$  mature dedisse causam videtur; quae, ni fallor, ab Aeolibus profecta vocalem designat consonae  $F$  cognatam. Vid. Baumelein de primit. alph. gr. p. 29. sq. (\*) Atque ad hunc alphabeti graeci statum Grammaticorum revocanda memoria est.

Littera  $\xi$  quam formam habuit antiquitus  $\chi$  (v. Inscr. Petil. n. 23.), ea quum praesertim in Italicis civitatibus usurpata videatur, reliquis Graecis mature copiam fecit litterae  $\chi$ , quae in Aeolicis Doricisque gentibus primum formam  $\Psi$  recepit, in Ionicis  $\chi$  vel  $\chi$  (vid. alphab. tit. vetust.); mox figura  $\chi$  ubique evicta. Quae littera reperta Aeoles et Dores, qui sonum illam elementis  $\kappa\eta$  exprimere consueverant (v. Inscr. Ther. n. 1.),  $\xi$  elementis  $\psi\varsigma$  expresserunt, quam antea  $\kappa\mu$  s.  $\kappa\varsigma$  scripsissent, Iones autem  $\chi\varsigma$  vel  $\chi\varsigma$ , donec Ionia ipsa vel cum Ionia Epicharmus litteram  $\xi$  hac forma  $\chi$  (\*) pristino honori reddidisset. Denique ut sonum  $\chi$  Dores et Aeoles elementis  $\kappa\eta$ , ita  $\phi$  per  $\Gamma\eta$  solebant exprimere, qui sono designando a littera koppa ( $\phi$   $\Phi$ ) desumpta forma est  $\phi$   $\Phi$ , idque vel tum, quum koppa etiam in usu erat (vid. tit. quem ex Corp. Inscr. n. 31. attulimus ad n. 29.). Postremo ad exprimendum sonum  $\psi$ , quem Aeoles Doresque litteris  $\Gamma\mu$  s.

(\*) Aliter Lepsius (de tabulis Eugubinis p. 75. sqq.), qui  $\Psi$  non minus quam  $\Phi$  ex semitico  $\aleph$  natum existimat.

(\*\*) Desumpta forma, ut videtur, a  $\Gamma$ , intermedia linea aucta. Unde fortasse explicanda est nota posteriore tempore utriusque litterae confusio. v. ad n. 35.

ΓΣ, Attici ΩΣ designare consueverunt, Epicharmus, ut videtur, posteaquam usus formas + et X sanxisset, aeolicum Ψ adhibuit. Nam ex iis, quae de litterarum inventoribus commenti sunt Grammatici, illa solum probabilitatem aliquam habent, in quibus Ξ et Ψ Epicharmo, Η et Ω Simonidi tribuunt (Eustath. Tzetz. Cedren. Moschopul. cf. Hygin. fab. 277. ubi pro ΓΨ scribendum ΞΨ. Van Goens de Simon. Ceo IV. p. 72. sqq. male Simonidi ΖΞ tribuit.).

Quamquam hoc quidem non ita intelligendum est, ut primi inventores harum litterarum fuisse putentur. Nam inventores ii fere dicuntur, ut ait Nitzsch. (Hist. Hom. I. p. 13.), *quorum usu res ante inventa primum inclaruit*. Sic litteras Ξ et Ψ ab Epicharmo in crebriorem usum vulgatas esse probabile est vel eam ob causam, quod in Magnâ Graeciâ Ξ mature formam peculiarem nactum videtur (vid. Inscr. Petil. n. 23.). Cui autem Ξ, ei optimo iure etiam Ψ tribui potest.

Accedit indicium satis luculentum ex vasculo quodam in solo veteris Agyllae reperto (v. Lepsius in Annal. Inst. Archaeol. Rom. Vol. VIII. p. 186. sqq. unde tabulam sequentem exprimendam curavimus N. 1.). In quo vasculo quod alphabetum graecum exhibetur (cf. *γραμματικὸν ἔκπωμα* ap. Athen. XI. p. 467. c.), id ipsum usque ad Ψ procedit. Falluntur enim qui putant Ψ non posse statui in alphabeto quod litterâ Ω careat. Taceo vocalem Η, de qua hodie nemo amplius erit, qui perverse iudicet. Habemus igitur in vasculo illo licet negligentius depicto alphabetum hoc aeolicum vel doricum

[Textum vide pag. seq. interpositum]

Α Β Γ Δ Ε Φ Ι Β Θ Ι Κ [Λ Μ] Ν Ξ Ο Ρ [Ϛ] Ρ Ξ Τ Υ Χ Φ Ψ


Et hoc quidem in basi. Qui autem in superiore parte lusus syllabicus est (cf. Calliae tragoed. et Welck. in Mus. Rhen. I. 1. p. 137. sq.) in eo nonnulla casu arbitrioque quasi conflata videntur. Nam nec consonarum, quae non omnes ad syllabas rediguntur, nec vocalium ordo alphabeticus servatur.

ΒΙΒΑΒΥΒΕ ΓΙΓΑΓΥΓΕ ΙΙΙΑΙΥΙΕ ΗΙΗΑ  
 ΗΥΗΕ ΘΙΘΑΘΥΘΕ ΜΙΜΑΜΥΜΕ ΝΙΝΑΝΥΝΕ  
 ΠΙΠΑΠΥΠΕ ϚΙϚΑϚΥϚΕ ΣΙΣΑΣΥΣΕ ΨΙΨΑΨΥΨΕ ΦΙΦΑ  
 ΦΥΦΕ ΤΙΤΑΤΥ[Τ]Ε

Quam rem in tali monumento non premendam ducimus. Nec quemquam morabitur litterarum quarundam in utroque titulo diversitas. (\*) Alphabeta

(\*) Qui omnia in ordinem vult consuetum redigere, in interpretando saepe labatur necesse est. Artificis, non litterati, manum habemus. Quamquam ne sic quidem prorsus se ineptam praebuit.



<p>ABCEICBOIKLMWBO</p>	<p>ADMAVWZSINAM</p>	<p>N.1.</p> 	<p>ABCEIHOIKANM</p>
<p>N.2.</p>	<p>SICA CYCENI A Y N B</p> <p>Y I E I O A O Y E I I I A I</p> <p>A M Y M O I O A O X O R M Y M</p> <p>M E B I P A P Y P R I T A Y P R E I S A P Y S A</p> <p>Y I Y A Y K Y R O I O A O K O N T I T A Y R</p> <p>ABCEIHOIKLMWBO</p>		<p>N.3.</p>

haec omnia graeca esse, non etrusca, vel vulgaris versum ducendorum ratio evincit. At, inquit Lepsius, deest vocalis O in syllabis vasculi. Immo desunt plura. Certe in alphabeto parietis O non deest, neque in basi vasculi nostri. Quod quidem alphabetum si ab alia manu profectum velis, vereror ne non aliud agas quam optare.

Sed ut litterarum E et Y nulla causa est cur Epicharmum primum inventorem fuisse putamus, sic, quae vulgo Simonidea litteratura dicitur, in ea quae vocales longae sunt H et Ω Simonidi auctori tribuatur a Grammaticis, non magis ab ipso Simonide inventae esse censendae sunt. Nam etsi harum litterarum ante Simonidem in Graecis civitatibus usurparum nullam exemplum exstat, nec veri dissimile est, Simonidem, quem constat ab Ol. 56, 1. - 78, 1. (v. Schneidew. Simonidis Carm. reliquiae) vixisse, aliquid innovasse vel de suo addidisse, tamen, quum fere constans fama sit litteraturam eam, in qua primum vocales longae compareant, ut natam in Ionia litterarum flore insigni, ita a Callistrato quodam in Samo conformatam esse (v. Ephor. ap. Schol. Venet. ad Il. 7, 485. et Andro. ap. Phot.

In universum quae formae reconditiores sunt in titulo superiore (de cuius usu v. Welcker l. c.) ut Γ pro B, ϩ pro ϩ (cf. alph. Rhoen.), ϩ pro ϩ, est artifex in basi formis communibus representatum. In quibus sane mira forma est litterae koppa ϫ, quam non male cum nota numerali aetatis recentioris comparavit Lepsius. Nimirum hanc artifex aut in usu quotidiano esse cognoverat aut male pinxit, ut litteram nonam et penultimam. Praeterea memorabiles formae sunt E pro H vel H (quae redit in alio fragmento alphabeti graeci, de quo statim), M pro M, M pro M. Littera ϩ male picta post + (i. e. X) posita est, non quod ordo harum litterarum non confirmatus esset, sed negligentia, ut videtur, pictoris (cf. tab. N. 3.). Quod autem ϩi formae ϩ expressum est in titulo superiore, non magis mirum videri debet, quam quod ϩ in aliis regionibus koppa designat et ϩ nunc koppa est nunc phi (cf. Alphab. tit. vetust.). Littera Y apud Aeoles Dioresque aliquando X denotat (v. Alphab. tit. vetust.). Quod quo minus hoc loco statuendum putemus, impedit alphabetum inferius, in quo + et ultimo loco Y. Spaciosius enim quam verius est, quod coniecit Lepsius qui ultimam in basi litteram adiectam putat a pictore, ne altera forma litterae X in titulo superiore obvia deesset. Denique in eodem titulo quia Βητα est ϩ, γαμμα formam habet N, quia ϩi est ϩ, κόππα habetur ϩ, quia νυ est M, μυ representatur M, ut videas non sine ratione quadam compositum alphabetum esse. Arbitrium, quod dixi, artificis cernitur in consecutione litterarum. Ceterum hoc monumentum Olympiade 60. vix antiquius est.

Alium fragmentum alphabeti graeci in pariete sepulcri in Etruria reperti (Lanzi, Saggio di ling. Etr. II. p. 436. Vid. nostr. tab. N. 2.) eo nomine insigne est, quod gamma ϩ praebet (cf. crater. Mithridat. Corp. Inscr. 2278.) et Βαυ prorsus phoenicium ϩ. Sed ζητα haud dubie I fuit et νυ M. In eodem sepulcro syllabae quaedam leguntur a dextera ad sinistram scriptae MAMI MEMY etc. Quod Lepsius recte cum vasculo superiore composuit.

Utroque monumento paullo recentius videtur esse simile fragmentum in vasculo etrusco detectum (Lanzi l. c. p. 568. vid. nostr. tab. N. 3.) in quo Βαυ negligentius pictum videtur.

coll. Suid. Σαμίων ὁ δῆμος), multo verisimilius videtur, Simonidem non solum cum Epicharmo litterarum Ξ et Ψ, sed etiam primum vocalium Η et Ω usum totamque litteraturam Ionicam Athenis constituisse; quam dudum apud alias gentes ipsisque Athenis (\*) usitatam Athenienses priscae litteraturae tenaces secundo demum anno Olymp. 94. in actis publicis receperunt (v. Pars II. c. III. pr.). Accedit quod littera Θ s. Η vel ante Simonidem in Ionicis Doricisque civitatibus vocalis productae naturam videtur induisse. Unde per aliquod tempus mira usus inconstantia, ut modo spiritus modo vocalis η eadem notā exprimeretur, quemadmodum id factum in inscriptione Theracā (n. 1. a.) videmus, ubi Θ in unā voce spiritus est, in alterā vocalem ητα designat. Sed in iisdem titulis Theracis, qui Solonis et Pisistrati tempora spectant, vocalis Ω constanter litterā O representatur. Unde apparet, vocalem productam Ω, ut ultima est in alphabeto, ita confirmatā demum orthographiā litterae Η signum peculiare (Ω Ω cf. Bäumlein l. c. p. 36.) accepisse.

Antiquissima monumenta, in quibus haec litteratura comparet, tituli sunt Ionici n. 45. et 46. quos inter Olymp. 75-80. ponere non dubitavimus, nihil reveriti auctoritatem Schol. Venet. supra citati, cuius verba: Καλλίστρατος δ' ὁ Σάμιος ἐπὶ τῶν Πελοποννησιακῶν ταύτην μετήνεγκε τὴν γραμματικὴν (\*\*\*) καὶ παρέδωκεν Ἀθηναίοις, ὡς φησὶν Ἐφορος ita interpretanda sunt, ut tempus, quo Athenienses litteraturam Ionicam in actis publicis receperunt, intelligatur. His igitur omnibus ad fidem titulorum, qui supersunt (v. Pars I. Cap. I. §. 2.) rite dispositis alphabetum graecum, quod inter Olymp. 40-80. apud Dores, Aeoles, Atticos, Iones obtinuit, ita fere concinnari potest:

(\*) Athenis certe iam Callias comicus Sophocle et Euripide antiquior Ψ et Ω (Athen. X. c. LXXX. p. 454.), ut Euripides (Thes. fragm. V. Bekk.) vocalem Η, graphice expressit (v. Payne Knight, Prolegg. in Hom. §. LXXIX.). Idem Callias Ol. 87, 1. γραμματικὴν τραγωδίαν composuit (Athen. VII. p. 276. A. Clinton. F. Hell. ad a. 432. 4. coll. pag. 345. Krüg. Mus. Rhen. philol. I. 1. p. 137. sqq.) in quā litteratura Ionica universa comparet. Ad huius litteraturae apud Samios cultum praecipuum num Aristophanis pertineat versus in Babyloniis: Σαμίων ὁ δῆμος ἐστὶν ὡς πολυγράμματος (Dindorf. ad fragm. Aristoph. 43.) dubitari potest.

(\*\*\*) Γραμματικὴ saepe scripturam vel alphabetum significat. Plut. Arist. 1. ὡς ἐλέγχει τὰ γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδην ὄντα γραμματικῆς. Porphy. Quaest. Hom. 8. p. XCII. Barnes. dicit ὅσκι (II. XXII. 127.) ἐκ τῆς παλαιᾶς γραμματικῆς resedisse pro ὡς. Harpocr. v. Ἀττικῶς γράμμασι — ἡ τῶν εἴκοσι τεσσάρων στοιχείων γραμματικῆ. (Cf. Phot. et Suid. Σαμίων ὁ δῆμος. Syrian. l. infra citat. 5.).

DORES ET AEOLES.				IONES.			
Ther.	Mel.	Boeot.	Pelop.	Magna Graecia.	Attica.	Ionia aetate Simonidis.	
	A	A		A	A	A	A
	B	B		B	B	B	B
	Γ	Τ		Ϟ	Α	Α	Γ
	D	Δ		D	D	Δ	Δ
	E	E	E	E	E	E	E
	F			F	...	...	...
	H			H	I	I	I
	Θ	Θ		Θ	Θ	Θ	Θ
	Σ	Σ		Σ	I	I	I
	K	K		K	K	K	K
	L	L		L	L	Λ	Λ
	M	M		M	M	M	M
	N	N		N	N	N	N
	KM	V	Ξ	+	Θ	+	Ξ
	Ο	Ο		Ο	Ο	Ο	Ο
	Π	Π		Π	Π	Π	Π
	Ρ	Ρ		Ρ	Ρ	Ρ	Ρ
	Μ	Σ	Ε	Μ	Σ	Σ	Ε
	T			T	T	T	T
	V	Υ		V	V	Υ	Υ
	KB	PH	Θ	Θ	Θ	Φ	Φ
	ΓB	KH	Ψ	+	X	X	X
	ΓM		...	...	Θ	Σ	Υ
							Ω

5. Grammatici quas tres aetates alphabeti graeci ponunt, earum prima, in qua litterae sedecim numerantur, usque ad litteram Y procedit; alteram litterarum undeviginti posuisse eam videntur, qua aspiratae accesserant,

α β γ δ ε ζ η θ ι κ λ μ ν ο π ρ σ τ υ φ χ

Tertiam, additis ex Grammaticorum sententia ζ ξ ψ η μ, litteratura Ionica

D

constituit. Ex his, demptis erroribus, quos tollere post ea, quae ante dicta sunt, quis facile poterit, sequitur id quod vel sine his apertum est, aliis temporibus alia alphabeta existisse et primam aetatem litteram Y, alteram probabiliter litteram X terminari. Ex priorae aetate supersunt inscriptiones Theraeae et Melia (circa Ol. 50.), quarum alphabetum usque ad Y procedit, longe tamen aliter comparatum, quam Grammatici praecoperunt:

Δ Α Β Γ Δ Ε (Ϝ Ι) Θ ⊕ Σ Κ Λ Μ Ν Ο Π Ϛ Ρ Μ Τ Υ

Alteram aetatem sistit quidquid inscriptionum Aeolicarum vel Doricarum, exceptis Theraeis et Meliis, superest ex Olymp. 40-80. ☿

Ι Α Β Γ Δ Ε Ϝ Ϛ Θ Ι Κ Λ Μ Ν Ψ Ο Π Ϛ Ρ Μ Τ Υ Ω Ϟ

Eundem tetragynum praebet Atticorum priscum alphabetum vel Solonis aetate:

Ο Α Β Γ Δ Ε Ϝ Ι Θ ⊕ Ι Κ Λ Μ Ν Ξ Ο Π Ϛ Σ Τ Υ Ϟ ϟ Ϡ

unde patet eam aetate, qua aliae gentes aspiratas Φ et Χ elementis Γ Η et Κ Η repraesentabant, litteras illas aliis pridem usitatas fuisse. Et hoc quidem alphabetum Atticum post introductam litteraturam Ionicam a veteribus γράμματα ἄττικὰ, ἀρχαῖα ἰωνικὰ, ἐπιχώρια appellabatur. Apertum in Neaer. καὶ αὐτὴ ἡ στήλη ἐστὶ καὶ νῦν ἔσθηκεν ἀμφοτέρῃ γράμμασιν Ἀττικῆς δηλοῦσα etc. Pausan. I, 2. 4. cf. Corp. Inscr. ad n. 25. — Harpocr. et Hesych. v. ἄττικὰ γράμματα. Similiter aliarum quoque gentium alphabeta antiquata ἀρχαῖα vocantur. Pausan. V, 17, 3; 22, 2. Quae autem Suidas (v. Κορίανθος) affert Δωρικὰ γράμματα cum alphabeto Palamedeo comparata, quod nihil esse ex fabulis supra allatis apparet, haud dubie Grammaticorum commentum est. Tollendusque error est recentiorum quorundam doctorum (Chandler. Syllab. p. XIII.), qui priscum alphabetum Atticum Cadmeum appellarunt. Quae denominatio iam veteribus (Syrian. Comm. in Hermog. ἡ γῶν Κάδμου γραμματικὴ ἐπὶ τε τῶν Τρωικῶν ἠσκέετο, ὡς Δίκτης) ἐν ταῖς ἐφημερίαις φησὶ καὶ μέχρι τῶν Εὐκλείδου τοῦ μετὰ τὰτα ἀρξάντος διέμνε χρόνων cf. Corsini F. Att. in Euclide) inde orta videtur, quod rem ab Herodoto (V, 59.) praeterea non satis pensitarint. Nam ille quum litteras vidisset a Ionibus φοινικῆα vocari (cf. tit. n. 47.), ea cum rebus Cadmi composuit atque inde procudit nomen Καδμήα γράμματα, quae in inscriptionibus sibi visus est animadvertisse.

6. Alphabetum graecum quae posuimus quattuor inter Olymp. 40-80. usitata, ea, si voles accuratius distinguere, proprie tria sunt. Nam Aeolicum et Doricum naturam idem est. Priscum Atticum secundum, Ionicum tertium est. Ad haec discrimina Grammaticos numquam advertisse supra vidimus; quod monemus ne illa Δωρικὰ γράμματα, quae Müllerus (Dor. II. p. 395.) omnium antiquissima putabat, defendenda putes. Idem constat in

Italiâ Latinos, Etruscos, alias gentes, (\*) in Asiâ Careâ, Phryges, Lyciâ eodem fere quo Graecos alphabeto usus esse (Plin. H. N. VII. 68. Tacit. Annal. XI. → Müller. Etrusco. → Clark. Itin. II. 1, p. 263. et Hammer. Ansichten etc. p. 189. Hamilton. Aegypt. p. 418. coll. Leake. in Walpol. Trav. p. 207. G. F. Grotefend. dissert. angl. scri. de inscriptionibus Lycois et Phrygiis, et Eiusd. Rudimenta linguae Umbricæ etc.) Itaque G. F. Grotefendius, qui in linguas gentium italicarum accuratissime inquisivit, tria illa genera alphabeti graeci ita adhibuit, ut ex Ionico Phrygium Lyciumque subinde neque contederet, ex Dorico Magnæ Graeciæ Latinum, ex prisop Attico, quod Kumis in Campaniâ consedisset, Etruscum, ex eoque Tuscos Umbricum et Oscum (Diar. litt. Gött. 1833. p. 116.). Sed de his nunc quidem nihil attinet dicere. Latinum alphabetum quale fuerit antiquitus, operae pretium est videre. Hoc idem sedecim olim litteris constituisse fertur (Mar. Victorin. A. G. I. ed. Putsch. p. 2468. Priscian. I. de numero litterarum, coll. Plin. l. c. c. 56. et Plut. Quaest. Plat. 1009.). Isidorus solus septendecim latinis litteris dicit veterem scripturam constituisse (Origin. I. 4.). Itaque Mar. Victorinus l. c. numerum XVI antiquiorem habens quam veritatem, has statuit vetustissimorum Latinorum litteras:

A B C D E I K L M N O P Q R S T

In quo quidem quod Salmasius (Inscr. Herod. p. 225. 226.) Q novam litteram esse contendit, id nihili est (cf. Rose Inscr. gr. vetust. p. XXXI.). At nec F nec H exulare ex antiquo alphabeto Latinorum potest, quidquid obloquantur Grammatici (Priscian. l. c. Scaur. de Orthogr. 2250. I. Vofs. Art. Gramm. I. 16.). Contra K recte agnoscitur ut antiquissima, quâ carere Latini non potuerunt, quum C ut Graeci Γ pronuntiarint (Mar. Victorin. I. p. 2459. Villosion. Anecd. II. p. 167.). Quae quum ita sint, Latinorum alphabetum antiquissimum videtur hoc fuisse:

A B C D E F H I K L M N O P Q R S T

quod sane Dorico Graecorum simillimum est. Quamquam Latinis alphabetum graecum usque ad V procedens allatum esse verisimilius videtur (v. Baeuml. l. c. p. 30. sq.). Et quemadmodum Graeci in usu sibilantium Phoe-

(\*) Huc pertinet titulus Bastae in Apuliâ tributus ap. Gruter. CXLV. 5. (cf. Raccolta d'opuscoli scientifici. Vol. VII. Venet. 1732.), et inscriptio vasculi antiqui in Museo Galassi asservati, quam publicavit Lepsius in Ann. Inst. Archaeol. Rom. 1836. p. 199. Quae quidem inscriptio, quum pateat Etruscam non esse, cui genti tribuenda sit, non liquet. De origine Pelasgicâ qui cogitet, ab eo dissensisse numquam poenitebit.

niciarum peculiarem normam secuti sunt, ita Latini litteras quasdam ex alphabeto graeco aut sero aut nunquam receperunt. Qui quod Θ repudiaverunt, ex eo debet explicari, quod iis defuerit sonus; quem postea ad modum scripturae PH per TH representandum putarint. Ac simili de causa littera Z quum primum oblata negligeret in alphabeto praesertim Dorico, sero propter Graeca quaedam necessaria visa, quum septima iam sedes a littera G esset occupata, ultimo loco reposita est (cf. Baenpl. l. c. p. 28.). Postremo X (Ξ) Latinis recentior est littera; quae qua aetate iis innotuit, quum inter N et O iam nihil deesse videretur, non eo quo oportuit loco recepta est.

ΤΣΣΘΩΜΙΝΝΞΡΑ

... (The following text is extremely faint and largely illegible, appearing to be a list or a detailed discussion of the letters mentioned in the header above.)

ΤΣΣΘΩΜΙΝΝΞΡΑ

... (The following text is extremely faint and largely illegible, appearing to be a list or a detailed discussion of the letters mentioned in the header above.)

... (The following text is extremely faint and largely illegible, appearing to be a list or a detailed discussion of the letters mentioned in the header above.)

#### IV.

##### DE AETATE SCRIPTURAE.

1. Argumentis Fr. A. Wolfii, qui usum scribendi ad tempora nimis sera referendum censebat (Prolegg. ad Hom.), ab initio plerique omnes suffragati sunt. Sed, ut fieri solet in re speciosius exornata, viris doctis mox tanta ad affirmandum subnata licentia est, quantam ne auctor quidem ipse, si viveret, ad negandum sibi sumendam putaret, praesertim quum artis scriptoriae usum vel octavo ante Christianam epocham saeculo privato studio viguisse ipse concessisset (Prolegg. p. LXX.). Itaque Nitzschius, vir quum de omni litteratura graeca tum de Homero optime meritus, falso Wolfium rhapsodorum operam litteraturae vicariam fecisse demonstravit (de Hist. Hom.); in quo consentientes quum alios habet tum Welckerum, qui scribendi usum vidit apud neminem prius fuisse quam apud epicos poetas et vel suorum vel alienorum carminum rhapsodos; eos enim ut de scripto et ipsos meditados esse carmina et aliis discenda praevisse, ita saepe legendi scribendique facultatem tradidisse (Cycl. ep.). Convincebat Nitzschius errorem, quo Wolfius legum formulas, antequam perscribi potuissent, memoriter traditas et decantatas apud Spartanos et Cretenses interpretatus esset. In quo Bernhady (Hist. litt. gr. I. p. 55. sq.) tantum concessit, ad litteraturae usum nihil referre, si pauci naenias quasdam hortativo ex genere, quae morum publicorum praecepta haberent, didicisse et cecinisse perhiberentur. Scilicet a formulis legum civilium distinguendae illae leges sunt, quae de moribus praecipunt; quales fuerunt Doriensium (Aelian. V. H. 11.39. Strab. 482. extr.), Arcadium (Polyb. IV, 20.), Atheniensium (Plat. legg. III, 700. B.). Nec vero minus falso ex legum scripturarum memoria de omni litteraturae usu iudicasse Wolfium videmus. Strabonis de Locrensibus testimonium (VI. 269. πρώτοι νόμοι ἑγγράφοις γρηθάσθαι περιδρυσμένοι εἶσι) nunc ita interpretamur, ut Zaleucum iudicum decreta litteratis legibus instruere voluisse contendamus; contra visum esse Lycurgo vel quicumque legem illam scripserit (cf. Müll. Don. p. 185. Caroll. Hermann. Antiqu. graec. publ. § 23. et 88.). Vide iam quod producta res sit. Nam quum viri docti tantum fere largiantur, ad pri-



mas Olympiadas scribendi usum satis probabiliter proferri, Bernhardy (l. c. 1. p. 187.) non negat fingi posse, aetate Arctini aliorumque, qui multa edidissent, primos exstitisse qui carminum Homericorum rhapsodias XLVIII. scriptas ad plures divulgarent, ut iam, si ab Iliade et Odysseâ discesseris, Graecorum carmina ad unum omnia et perscripta esse a poetis et de scripto tradita putentur. At Homerum veteres poetarum antiquissimum ita dixerunt, ut eorum, quorum scripta exstarent, illum primum ponerent (Herodot. II, 33.). Etiam Aristoteles ante illum multos fuisse putavit (Poët. 4, 9. cf. Knight. Prolegg. ad Hom. §. LXXVII.). Ex quibus, si contestaris fide dignam esse eam sententiam, qua Homerus proximo a Lycurgo abfuisse statuatur, rectius fortasse de omni Graecorum litteraturâ iudicare licebit. Idem cum computatione Herodoti (II, 52.), testis antiquissimi, Nitzschius (loc. II, p. 91.) monet egregie convenire Apollodoro, qui in aetatum seriem notasque accuratissime inquisivit. Nam quum ex ratione Herodoti Homerus incidat in eam aetatem, quae Lycurgi fuisse putatur, ea autem Thucydidis (I, 18.), et Timaei (Plut. Lyc. 1.) auctoritate propius ad noni ante Chr. saeculi exitum referatur, Apollodorus, qui Esatosthenis rationes sequens Homerum floruisse posuit circa aetate 100. post Ionum migrationem, eum unâ fore aetate Lycurgo maiorem habuit (cf. Müll. Dor. I, p. 132.). Quod si ita est, facile intelligitur, Homero vel quicunque is est a quo rhapsodiae Iliadis et Odysseae profectae sunt, non solum cognitionem litterarum, sed etiam usum facultatemque tribui oportere. Confirmare autem rem magno opere necessarium. Nam omnibus in rebus ambiguitas mater dubii est. Atque hoc quae quidem, quae constant, exempla ponuntur; horum, quae dubia sunt, rationes afferuntur. Itaque primum videndum erit, ecquâ ratione demonstrari possit, rhapsodos Homericæ aetate carmina non solites esse scribere; et breviter dictum, ne in huiusmodi rebus diutius, quam pro instituti nostro, sompneretur, si ulli vellet, quod illi videtur, quod in rebus (cf. p. 224.) quibus argumentationis necessaria debet aut probabilis esse. Consentaneum est igitur argumentis istis, quae neutram vim habent, fidem denegari. Videamus primum, cogebatur, quo propter lectionum discrepantias et divergentes in scriptis exemplis incognitum scripta esse carmina a poetâ negari credi posse. (Müll. Hist. litt. gr. ang. scr. p. 37. sqq. cf. Hermann. Opusc. VI, p. 75. Giesel. de dial. aeol. p. 172.) Haec neque necessaria est nec probabilis argumentatio. Nam discrepantiae lectionum scriptis excludi propterea non possunt, quod scriptio illius longe alia ratio fuisse putanda est, quam tempore posteriora. Neque enim, si scriptae quaedam rhapsodiae

sunt; continuo sequitur in usum publicum scriptas fuisse, quod statui nullo pacto potest, sed ut privatim ediscere cupientibus tradereptur. Hi autem rhapsodi fuerunt. Qui quomodo in arte suâ versati sint, laterè neminem potest. — Digamma autem miror quod viri docti non viderint mature e scripto exulasse, praesertim quum nequè Ionibus ea littera magno opere placuerit, et in certis quibusdam vocibus haud dubie numquam signo fuerit peculiari expressum. (cf. Herm. Opusc. VI. p. 78. sq. Giese Hec. p. 181.). Constat, Grammatici Alexandrii quotquot exemplaria Homericorum carminum versarint, ea omnia litteris fuisse Ionicis perscripta (Giese l. c. p. 164. sqq.). Unde igitur Grammaticos digamma discere potuisse putabimus? Potuerunt ex Aediciis, non potuerunt ex Ionicis. Quorum aetas si Pisistrati exemplar tulisset, haud scio an ibi vestigia eius litterae non repperissent. — Alterum argumentum est, quo poëtam eum, qui catalogum navium subiecerit, ceterae Illadis exemplum integrum non habuisse demonstretur. Credo, immo non potuit habere *integrum*. Sed quid inde lucreris, nescio. Rhapsodias non scriptas fuisse ita nunquam evicis. Evicis, qui catalogum navium subiecerit, ipsum potius scripsisse rhapsodiam suam, quam rhapsodias alias in aliorum rhapsodorum manibus scriptas non exstitisse. Ille si non habuit scriptas alias rhapsodias, ne memoria quidem tenuit; si memoria non tenuit, et suam rhapsodiam scripsit et pessima rhapsodus fuerit necesse est, qui, quae tenere oportuit, oblitus sit, quamquam nobis ille quidem excusandus; qui memoriae rhapsodorum illorum non tantum tribuamus, quantum ab aliis primum viderimus. — Tertium est argumentum, quo ipsius Homericis sermonis iudicis et confirmatio, quae memoriae opituletur, nobis dicitur persuadere, ut memoriter carmina et inventa et tradita esse consentiamus. In quo quis videt non necessario eum priore posteriori cohaerere. Nam si illud probabile est carmina memoriter esse inventa, quod verum est, qui non concedat, non sequitur probabile esse alterum, in quo carmina memoriter tradita esse putentur. Quid quum neque ex his rationibus neque ex aliis reddi probabile possit, apertum est rhapsodos Homeri aetate carmina non scripsisse demonstrari nullo modo posse. — Videndum igitur, utrum sit verisimile. — Non conuenit separare a rhapsodis quosdam rhapsodorum, qui a Pisistrato, quem primum constat bibliothecam condidisse, quum collectionem sparsarum fecisset rhapsodiarum (seriemque probabili ratione constituisse omnes consentiant) (v. Ritschel. de biblioth. Alexandr.), quid aliud factum putabimus; nisi quod vel ante Pisistratum a nonnullis inchoatum esse probabile sit? Ad quam sententiam confirmandam imprimis faciunt

verba Suidae ὑπὸ πολλῶν συνετέθη καὶ συνετάχθη καὶ μάλιστα ὑπὸ Πισιστράτου (v. Welcker. Cycl. ep. p. 382. sq. cf. Bernhardt Hist. litt. gr. p. 227. sq. Nitzsch. Hist. Hom. I. p. 166. sq. qui quod ibi dicit de Onomacrito, id iure reiecit Ritschel. l. c. p. 48.). In quo non difficile est videre, si carmina a poëta non ita disposita sint, ut factum a Pisistrato scholisque rhapsodorum constat, primam tamen causam huius perfectionis poëtae deberi, qui carmina fecerit, unde alia nisi perfecta et omnibus numeris absoluta opera confici non possent (cf. Welcker. l. c. p. 383.). Haec autem perfectio conservari solâ memoriâ non potuit. In descriptione igitur omnis auctoritas posita esse putanda est. Quodsi carmina ab initio non scripta fuissent, intelligi non posset, quomodo eam conservassent praestantiam, ut Aristotelis probari iudicio possent. Ex quo videndum, ne non credibile sit, carmina memoriter tradita esse aut illos, quos primos Homericorum carminum collectionem instituisse concesseris, solâ ope rhapsodorum declamantium id perfecisse. Fac memoriâ valuisse. Miraculum esset, ni male cessisset. Ac profecto multo verisimilius, carmina Homeri quum eâ aetate, quâ collecta sint, maximam partem scripta fuisse, tum illâ, quâ nata, privato studio solita esse perscribi.

Quod si ita est, licet ex Homericis carminibus (v. Knight. Prolegg. ad Hom. §. LVI.) de litteraturâ antiquâ nihil certi colligi possit, tamen nullam causam video, cur usum litterarum vel ante Homeri aetatem a Graecis abiudicemus. Quare autem nobis hoc magis probetur, dicendum videtur, ne temere sententiâ secuti putemur. Videntur enim Graeci utique prius sacris sacrorumque apparatus, quam rerum civilium rationibus operam navasse, et, ut bene monuit Nitzschius, *sacrorum poëtarumque usibus multo ante litteras frequentasse, quam vel publica monumenta conderent vel muneribus civilibus reliquis vitae utilitatibus litteraturam adhiberent*; ad legislationem autem prius rationes cum finitimis populis decretis publicis sanxisse, quam *domi aliquid, quod legis instar valeret, publice sciverint*. Unde etiam litteratura mature privato studio invaluisse sed propter respublicas parum confirmatas diu delituisse videatur. Privatum usum autem optimo iure cum Nitzschio eum dixeris, qui penes poëtas eorumque sequestres fuerit. Quumque graeca gens ad dicendum et ad audiendum potius quam ad legendam nata esse videatur, ne illud quidem mirari debemus, quid sit quod de litteraturâ parum ex poëtis ipsis discamus. Audituris enim, non lecturis carmina parabant. Id autem quâ aetate obtinet, non potest quin minor sit opportunitas in scriptis tangendi ea, quae scripturam spectant. Denique quod vel ante

Homeri aetatem usum litteraturae Graecis non inusitatum diximus, id ut statuerent, ipsa Homericorum eamminum praestantia suadet. Quam haud exereon post ea quae disputavit Nitschius, ne quis ex *ἄνωγε παθεῖν ἢ ἐκ πέτρας* natam existimet.

Ac idem his quidem satis dictum videtur, deinceps ad ultimum argumentum transeamus. Ultimum autem posuimus, quod ne adversariis quidem satis adhaerere videri potest.

Mira enim opinio est eorum, qui litteraturae usum ex paucis de suppellectile scribendi testimoniis aestimandum arbitrantur, quasi vero qui litteras Graecis attulerunt, non iidem suppellectilem litteraturae attulisse tantum sicut. Taedet repetere rem notissimam, Herodotus (V, 58) tradit gentes barbaras ipsaeque loca, antequam papyri copia esset, pelles tum oxillas tum capreae scriptionibus adhibuisse, Iones vero ex usu antiquo omnes libros *δὲ φάρμακον* vocasse (cf. Diog. II, 32). Quae nos si ignoramus, quomodo adaptatae fuerint, causam nullam video, cui non satis utiles fuisse ad scribendum putemus, praesertim quum iis et usus esse diu Iones et volumina conficere ipse Herodotus haud ambiguus doceat. Immo pelles voluminibus conficiendis imprimis aptae fuisse censendae sunt (cf. Nitsch. l. c. p. 70. sq. Welcker. Cycl. ep. p. 380. sq.). Huc pertinet etiam usus ex Italia notus, quo foederibus consignandis clypei videntur inscripti, huius corio inducti (v. Nitsch. l. c. p. 75.). Et haec quidem de scriptionibus longioribus. Ad breviores autem notations arborum folia sive libros (Isidor. VI, 16. cf. Montef. Palaeogr. gr. p. 13. Nov. tract. dipl. I. p. 503. sq.) vel tabulas ligneas constat adhibita esse. Tales tabellae fuerunt *πίναξ* (II, 7, 169.), *δέλτος* (Aristoph. Thesmoph. 780. et interpr. Eustath. ad Hom. etc.), *σκυτάλη* (Archiloch. fragm. XXXIX. p. 308. Gaisf. cf. Goettling. ad Aristot. Polit. p. 469. Nitsch. l. c.). Monumenta publica et leges ligno, lapidi, aeri incisa sunt, idque vel antiquissimis factum temporibus est non aliam ob causam, quam etiam tum, quum satis superque chartae suppetebat. Accedunt laminae metallorum: Pausanias (IX, 16.) antiquissimum Hesiodi Operum et Dierum exemplum laminam plumbeam conceptum vidit in Helicone, quod remotae antiquitati assignare non dubitat Boeckhius (Prolus. Ind. lectt. aest. 1834. cf. infra n. 63.). Adde quae allegantur exempla ex Auct. Axioch. 19. Plutarch. Alex. 17. et de genio Socr. 5. 7. Apud quos quae aeneae tabulae memorantur, eae non minus, quam lamina stannea apud Pausan. (IV. 26. 6.), etiamsi ambiguae fidei sint (Corp. Inscr. I. p. 63. b.), certe nos admirari cogunt scdulitatem veterum Graecorum, qui, ut Nitschii verbis utar, vel iniquiorem materiam in usus

stos redigere didicerant. Quam metalli subigendi artem quis tantâ erit animi facilitate qui non partim cum ipsâ materiâ Græcis a Phœnicibus allatam existimet? Mittimus usum recentiorum, ut tabulas cerasas, ut libros elephantinos (Müll. Archaeol. p. 418. ed. rec.). (\*)

Iam vero Aegypto Græcis per Phœnices patefactâ, bybli usum Ionibus vel eâ aetate, quam Herodotus in mente habet, nonnullum fuisse verba eius ἐν σπάνι βύβλων indicio esse possunt, ut recte eum Nitschius ad priora Psammētichi tempora videatur relicere. *Neque enim, ut poëtae eorumque sequestres in usus suos satis instructi viderentur, chartis per omnem vitam divulgatis opus fuisse, si his illi quam pellibus uti mallet.* Atque omnino Olymp. 30-42. poëtas quum epicos, tum lyricos alios chartas alios pelles voluminibus conficiendis adhibuisse consentaneum est. Viguisse autem chartae usum circa eâ potissimum tempora concedamus oportebit, quibus Naucrati Græcis emporio facto (Olymp. 52-63.) et plura epica scripta sunt et solutae orationis prima opera edita. (\*\*). Ac si sufficientem poëtis ad scribendum supellectilem nunquam non praesto fuisse concedendum est, lectioni certe tum demum locus datus videtur, quum chartae uberior proventus supeditaretur. Quae legendi studia deinceps historici non tam provocasse quam secuti esse merito videntur.

Sed de his accuratissime Nitschius. Ex nostro instituto satis est ostendisse infirmatis adversariorum argumentis nos neque cum eis sentire, qui privatum usum scripturae a publico non distinguendum putant, et ab iis, qui Græcos mature cognita utilitate litterarum privato studio his usos esse negent, magno opere dissentire.

(\*) Exstant etiam laminae aureae. Vid. n. 81. Mus. Rhen. III. 4. p. 581. Bull. Inst. Archaeol. Rom. 1836.

(\*\*) Volumina papyracea plura nostram aetatem tulerunt, ut Aegyptiaca (cf. historiographis Kosegarten, Peyron, Renfens, Spohn. cf. Boeckh. in Act. Acad. Berol. 1820-21, Letronn. Journ. d. Sav. 1822. p. 556. sqq. Buttmann Act. Acad. Berol. 1824. p. 89. Droysen Mus. Rhen. III. p. 491. sqq.) et Herculaniensia nuper edita Oxonii (cf. Beugnot Encycl. p. 132. Ritschel. de biblioth. ALEX. p. 124. sq. De confectione papyri v. Nov. Tract. Dipl. I. p. 484. sq. et de usu recentiore ibid. p. 516. sq. et Montef. Palaeogr. p. 16. sq.).

Tunc aliter significationem scribitur. **DE RATIONE SCRIBENDI**

Quasi modum Phoenices, ita Graeci primum, quidem, in scribendo versum a dextera ad sinistram ducebant, (cf. Etrusci), mox ita vertebant scalpturae, ut primo versum a dextera ad sinistram ducto, sequentem a sinistra ad dexteram continerent, et sic deinceps. Quod scripturae genus quoniam boum in arando versuras imitaretur, *βουστροφιδόν* (\*), dictum est. Pausan. V, 17, 3, cf. Voss. Art. Gram. I, 34. Not. Tract. diplom. I, p. 608. sq. Haec scriptura circa tempora Solonis, cuius leges constat *βουστροφιδόν* scriptas fuisse (Harpocrit. ἢ *καταστάσεις*), postquam videtur abolerisse. Cf. Inscript. Ther. p. 17, 20. Et si fabulā graecae, Praxipidem Atheniensem, Homeri præceptorem (Diod. III, 66.), ferunt antiquatā *βουστροφιδόν* scripturā modum scribendi eum, quo etiam nunc utimur, in communem usum introduxisse (Tatian. or. ad Graec. 62. Theodosius in Schol. ad Dionys. Thrac. in Fabric. bibl. Gr. 27; Bekk. Anecd. II, p. 786.).

Quas autem Grammatici alias tres formas scripturae ponunt, *κλινηθόν*, *πικριθόν* (Bekk. Anecd. III, p. 1170. III, p. 786.), eas ad usum communem cum scriptura *βουστροφιδόν* vix componi posse arbitramur. Nam quemadmodum veteres non semper lineas horizontales scripsisse, sed versuum directionem ad vitam, quæ scribebant, locus videtur accommodasse, ut in disco Iphiti (Paus. V, 20, 1. *καθὴν ἐστὶν ἡ ἐξ ἐξ ἑξ ἑξ γυρωμένη, ἀλλὰ ἐν πλάτῃ σχῆμα περίεσιν ἐπὶ τῷ δίσκῳ τὰ γράμματα* cf. Corp. Inscr. n. 545. 2138. 2325.), et in cistā Cypseli (Paus. V, 17, 3.) cuius *ἐλγμοῖς* similia habes quum in multis vasculis antiquis tum in inscriptionibus Theracis n. 1. 4. 5. 16. ita scripturae *κλινηθόν*, *πικριθόν* et *σπειρηθόν* ad singularia potius referendae sunt. Huc pertinent Solonis tabulae, quarum *ἄζονες* formā quadratā, *κύρβεις* triangulares pyramidum in formam fuerunt (Poll. VIII. 128. v. Preller. Polem. fragm. p. 87. sq.).

(\*) Scilicet veteres versuum ducendorum operam cum arando compararunt (cf. lat. *exarare litteras*); unde etiam voces *ἀλοξ*, *ἀλομίζω* ad scripturam rudem praesertim et inconditam translulerunt. Cf. Aristoph. Vesp. 850. et interpr.

Paullo aliam significationem scripturae *κιοηδόν* tribuit Boeckhius. Quippe antiqui moris fuit, paucissima singulis versibus elementa exarare (cf. n. 40.); quae scriptura ut plurimum in columnis usurpata (cf. n. 33.), a columnarum similitudine recte denominatur *κιοηδόν*. Et ab hac quidem scripturâ distinguenda illa est, quae *στερηδόν* vocatur, quippe ita adornata, ut uniuscuiusque versus litterae singulae sub singulis prioris versus elementis positae sint. Quae frequens est scriptura in Atticis (cf. n. 48. 58.) atque adeo in peregrinis, ut in Delphico Corp. Inscr. n. 1690. Neque vero ea consuetudo, quam aetate *καλλιγραφίας* natam esse verisimile est, propterea invaluit, quo nulla fraus intrudi vel depravatio posset, sed quod esset per se scriptura elegantissima. Neque omnia Atheniensium acta publica *στερηδόν* scripta sunt ut fuerunt qui putarent (v. n. 55. coll. Corp. Inscr. n. 149. 160. 124. etc.).

9. Omnis scribendi significatio a stylo petita est, qui aut *καλαμος* est ad litteras atramento vel alio colore dipingendas inserviens, (\*) aut *γραφάριον* tabulis marmoreis, aeneis, plumbis adhibitum (Montefale. *Palaeogr. Gr.* p. 20. sq. Nov. Tract. dipl. I. p. 533. sqq.). Verbumque proprius *γράφειν* habetur, quod vel ex usq. Homericis utramque notionem refert (Nitzsch. *Hist. Hom.* I. p. 74. 84.) (\*\*).

(\*) Cf. n. 24. ubi habes *γράφειν* et *γράφω*. Synonyma in materiâ solidiore sunt *επιγράφειν*, *επιγράφω*, *επιγράφω*, *επιγράφω* (Herodot. VIII, 22.).

(\*\*) Memorabilis usus est dipingendi etiam litteras in lapide incisae, qui non dubium est, quin vel praeis temporibus obtinuerit. Rubro inductas novimus ex catacombis Alexandrinis et repperit Walpol. (Mem. p. 379.) in hypogaeo Aeginae (cf. Inscriptt. Nubi). Fauy. Mag. a XVII (1812) T. II. p. 93. de columellis et terminis sepulcralibus refert: sur les bornes ou petites colonnes, qui accompagnent ces tombeaux, sont de petites inscriptions, dont les lettres sont alternativement noires et rouges. Cf. Beaufort. Karamania, p. 154.

P A R S I.





1 2 3 4 5

-----



ut, quid in diversis regionibus recens, quid vetustum sit, ex nostrâ dialectorum cognitione diiudicari non possit.

Quae quum ita sint, in exponendis titulis vetustissimis nos cum Boeckhio ordinem ex probabili ratione subductum secuti sumus. Cum his autem, quos recepimus, conferendi ii sunt, qui exstant in Corp. Inscr. n. 1. 5. 10. 13. 14. 15. 18. 19. 21. 23. 27. 28. 32. 35. 36. 40. 41. 42.

## §. 2. DE ELEMENTIS TITULORUM VETUSTISSIMORUM.

Sed priusquam ad titulos ipsos accederemus, visum est alphabetum concinnare, ex quo litterarum formae, quas tituli vetustissimi suppeditant, uno obtutu cognoscerentur. Quod quidem ita fecimus, ut non minutas varietates litterarum sequeremur, sed praecipuas formas poneremus, ex quibus illae facile cognosci possent, ita dispositis litteris, ut priore loco, ubi opus esset, formae litterarum sinistrorsum vergentium, altero dextrorsum comparerent. In quibus monemus saepe fieri in titulis iis, qui, ut Theracorum vetustiores, Solonis tempora spectant, ut altera forma pro alterâ delineatur (vid. ad Iota et Sigma). Ex quo licet conicere cum Boeckhio, etiam illâ aetate non minus, quam quâ Cypseli fabricata cista est, inconstantem utriusque generis scripturae usum viguisse.

A n. 22. Arg. cf. Corp. Inscr. n. 1. Criss. n. 13. Pelop. n. 1639. Boeot.

Haec forma etiam in versibus a sinistra ad dexteram ductis retinetur, in quibus formâ inversâ expectatur, ut est illi 34.

A n. 20. Ther. n. 25. Sam. etiam in scripturâ dextrorsum suscepta, cf. vascul. alphab. de quo p. 21.

X n. 44. Delph. cf. Corp. Inscr. n. 1. 1639.

A n. 24. El. cf. Illust. de l'Épigraph. Gréc. p. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

A n. 1. Ther. n. 26. Corinth. cf. Corp. Inscr. n. 1. 1599. Boeot.

A n. 1. d. Ther. n. 23. Petil. n. 27. Syrac. n. 28. Arg. Forma A Corp.

Inscr. n. 1592. Boeot. (cf. Ross. Inscr. gr. inedd. n. 801) ad simili-

tudinem alpha Etrusci propius accedit.

in vasculo alphabetico, de quo p. 21. Formâ est Phoenicia.

n. 30. Delph. cf. Corp. Inscr. n. 1639. Boeot. Parim differt.  $\beta$  in

marm. Choiseul. ap. Rps. Inscr. gr. vetust. tab. IV. fig. 1.

in vasculo alphabetico, de quo p. 21. contra ordinem.

B n. 22. Arg. Nam Corp. Inscr. n. 1. forma B recto talo stet, non

obliquet.

T n. 21. Mel. quae forma etiam in scriptura a sinistra ad dexteram  
 retenta est. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 T n. 22 Arg. cf. C. I. n. 1599. Boeot. et vaseuli alphab. de quo p. 21.  
 T n. 24. El. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 T n. 26. Corinth. ut in nummis Siciliae et M. Graeciae (Rheg. Gel.  
 Agrig. cf. Roch. ad Aberdeen. p. 83.), accedens ad latinam litte-  
 ram C, quae eadem olim G fuit, v. supra p. 27. Cf. vasc. alphab.  
 de quo p. 21. Forma C in altero fragmento ibi memorato reperta  
 redi in cratere atheno: Mithridatico Corp. Inscr. 2278. neque ab-  
 est a titulis Asiaticis recentioris aetatis.  
 T n. 23. Petil. In hoc alphabeto iota est. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 D n. 22. Arg. n. 23. Petil. ut Romanorum et Volscorum nummorumque  
 Zancleorum. cf. vasc. alphab. de quo p. 21.  
 Δ n. 27. Syrac. contra ord. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 Δ n. 4. Ther. n. 21. Mel. n. 26. Corinth. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 P n. 4. Ther. quae forma vix discerni potest a littera φ. Cf. alphab.  
 Phoen. ubi item Q et A. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 P n. 24. El. n. 44. Del. cf. C. I. n. 18. Arg. n. 1592. 1599. 1639. Boeot.  
 P n. 122. Ther. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 P n. 22. Arg. n. 28. Arg. n. 44. Del. cf. Corp. Inscr. n. 1. Criss. n. 32.  
 M. Graec. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 P n. 1. Ther. etc. cf. vasc. alphab. de quo p. 21.  
 P n. 6. Ther. n. 21. Mel. n. 24. El. cf. Corp. Inscr. n. 6. M. Graec.  
 P n. 23. Petil. n. 27. Syrac. cf. C. I. n. 1639. Boeot. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 P n. 26. Corinth. cf. vasc. in Monum. Inedd. Inst. Archaeol. Rom.  
 1836. tab. XXXVIII. A. ubi: MA 3M3A (i. e. Aivas). Memorabilis  
 est forma Z in vasculo Musei Berol. ex M. Graecia reportato; vid.  
 Gerhard. Neugrw. Denkm. II n. 1580. (Cf. vasc. alphab. de quo p. 21.)  
 P n. 6. Van Phoenicum: (cf. formam T in vasculo alphab. de quo p. 21.),  
 vulgo digamma dicta, quod constat antiquitus omnibus Graecis  
 fuisse commune: (π. Boeckh. Oecono. civ. Athen. El. p. 385. sq. et  
 Corp. Inscr. I. p. 719. sq. Trypho. v. d. §. 11. Misc. crit. Cant.  
 p. 34.) unde F. Etruscorum et Latino rum n. 23. Petil. n. 24. El.



parti Aeolum recte tribui posse, quod in universum pronuntiat  
 Grammat. Vatic. p. 669. ed. Greg. Lips. ἀεολίτιος καὶ τὰ ἀπὸ  
 φωνήεντος ἀρχόμενα. V. Giese de dial. aeol. p. 399 et seq. Bœoti certe  
 non prorsus neglexit spiritum aspectum videntur. Corp. Inscr.  
 n. 1637. 1642. 1563. et Boeckh. ibid. p. 759.

Haec littera mature vocalem η̄ra designat. vid. Introd. p. 19. 24. et n. 1. Ther. Quo usu confirmato Græci. exceptis Atheniensibus spiritus notam figurā & expresserunt. Cf. Corp. Inscr. n. 1051. Quod signum deprehenditur in tabulis Heracleensibus, in vasculis quum aliis, tum Paestanis, in nummis, etc. cf. tit. iōns in Corp. Inscr. n. 2919. et Giese de dial. aeol. p. 318.

- ⊕ ⊕ Corp. Inscr. n. 1. Criss. in ...
- ⊕ n. 16. Ther. n. 22. Arg. cf. Corp. Inscr. n. 32. M. Græca
- ⊕ n. 29. Arg.
- ⊕ n. 1. e. Ther. n. 28. Arg. p. 44. Del. cf. Corp. Inscr. n. 1592. Bœot.
- ⊙ n. 23. Petil. et saepius. Haec littera interdum ut ⊙ minore formā exaratur. Vid. n. 1. 20. Ther. n. 12. in ...
- ⊙ n. 4. 6. Ther. (sed n. 15. ⊙ contra ordinem). in 28. Petil. cf. Corp. Inscr. n. 6. M. Græca n. 37. Phlias. tibi debebat esse inversum 2. in 30. in galica votiva ad Olymp. reperta inversa littera est, quum debuerit < esse. In eo autem alphabeto in quo haec forma τὸν signa est M.
- ⊙ n. 13. Ther. (contra ord.)
- ⊙ n. 5. Ther. (sed n. 13. contra ord.). In n. 1. d. Ex-Rossi apographo cf. n. 21. Mel. Etiam in nummis aliqui Magnae Græciae, et in summo Gordyriorum (v. Payne Knight. de Alphab. p. 114.).
- ⊙ n. 19. Ther. (contra ord.)
„*Pactum Eleis et Heraeensibus. Societas sit centum annos. Incipiat autem ab hoc ipso anno. Si quid opus sit vel dicto vel facto, coniuncti sint inter se et cetera et de bello: sin non coniuncti sint, talentum argenti pendant Iovi Olympio violato donandum. At si quis litteras hasce laedat, sive civis socialis, sive magistratus, sive pagus est, is mulctâ sacrâ tenetor hinc scriptâ.*”

Foedus est Eleorum et Arcadum Heraeensium aeolice scriptum. Arcades et Eleos non dorice, sed aeolice locutos esse docet Strab. VIII. init. Hinc spiritus asper omissus (v. Giese de dial. aeol. p. 377.), hinc digamma in *Γράτρα*, ut *Ἐρῆξις* apud Alcaeam, ut *βράκος, βρόδον, βρήτωρ* scribitur Aeolibus (v. Greg. Corinth. p. 578. 637 et interpr.). Titulus inter Olymp. 40-60. scriptus est, et Boeckhio quidem iudice circa Olymp. 50. quo tempore, crescente Eleorum potentiâ, probabile est Heraeenses sese Eleis adiunxisse. Certe Eleos tum summum Olympiae imperium tenuisse verisimile fit ex mulctâ, quae in hoc foedere constituitur, Iovi Olympio pendendâ. Plura de Eleis et Heraeensibus vid. ap. Boeckh. Hanc inscriptionem olim Olympiae positam fuisse et locus docet, ubi reperta est, et aliorum foederum exempla ap. Paus. V, 23. 3. Thuc. V. 47. — Vs. 1. de vi *ρήτρας* vid. Boissonad. l. c. in lemmate et Nitzsch. de historiâ Homeri fasc. I. p. 51. sq. P in τῶ est pro Σ, quod Laconibus frequentatum constat. (cf. decret. adv. Timoth.

Miles.). Idem autem etiam aeolici moris esse Eustath. testatur. De Eretriensibus Eleorum colonis vid. Strab. VIII. p. 308. Plat. Cratyl. p. 434. C. et de Eleis ipsis Paus. V, 15. 4. ex corr. Buttm. Ceterum non constans is usus est. Digamma fuisse in voce ἄλις docent nummi. Vid. Eckhel. D. N. II. p. 266. Nomen gentile Heraeae est Ἡραϊεύς (Thuc. Polyb. Paus.), item Ἡραεύς, notante Stephano. Sed, ut Ἡραεῖς, sic Ἡραεῖοι dici poterant, pro quo aeolicum est Ἡραεῖοι (mutato spiritu et cum digamma: Ἡραεῖοι), ut μάγειρος pro μάγειρος (v. Greg. Cor. p. 605. et interpr.). Quamquam Hermannus quidem mavult scribi Ἡραεῖοι. Vs. 2. Optativus cum dorico et aeolico κά (i. e. ἄν) hic pro imperativo sive huius vim tenente infinitivo est, ut συμμαχίαν εἶναι. Ἐα est igitur pro εἴη, ut mox συνέαν pro συνεῖεν (συνεῖησαν), assumptâ terminatione αν, ut mox in ἀποτίνοιαν (pro ἀποτίνοεν). Cf. Giese de dial. aeol. p. 125. Verbis ἄρχοι δέ κα τοῖ, initium foederis designatur, ut ipse, qui agatur, annus primus sit ex illis centum. Verba illa contractiora sunt pro: ἄρχοι δέ κα τῷ χρόνῳ (vel τῆς συμμαχίας) τὸ πέτος τοῖ (i. e. τοδί), ut in n. 74. (Corp. Inscr. n. 1569.) vs. 40. ἄρχι τῷ χρόνῳ ὁ ἐνιαυτος ὁ μετὰ θύναρχον ἄρχοντα Ἐρχομενίους. Cf. Thuc. IV. 118. Ut autem τοῖ, ita infra habes ταῖ, quod τάδε vel ταδί significare vix quisquam inficias eat. Vs. 3. 4. Scriptura Φάργον pro Φέργον (ἔργον) vetustissimae dialecti est. Cf. nomen antiquum atticum Ἀργάδεις. Ἄλ pro ἄλλα apocope est certe insolentior, nec Trypho §. 28. habet, quocum possit comparari. Sed scilicet est prisca sermonis, ut πάρ (pro πέρ h. e. περί), assumptâ litterâ α ut in Φάργον. V. 6. Ἄργυρος utrum hic de argento signato an de argenti pondere non percussi intelligendus sit, non liquet. Δί monosyllabum exstat etiam n. 27. (Corp. Inscr. n. 16.) et aliquoties apud Pindarum. Iupiter, qui ut fideiussor foederis, si conditiones negliguntur, fallitur, nunc ΚΑΔΑΛΕΜΕΝΟΣ audit. Et dubium non est, quin verbum καταδηλῆσθαι intelligendum sit, neglectâ eâ consonâ, quae ex syncope nascitur, καδδαλημένος. cf. Tryph. §. 23. Quod verbum quum mox eodem modo scribatur, id credibile est propterea factum esse, quod in hoc titulo duplices consonae simplici litterâ designatae omnes sunt. In eodem participio omittitur reduplicatio; quod quamquam Tryph. §. 21. αἰολικόν πάθος vocat, tamen Buttmani sententia etiam Boeckhio videtur potior, monentis καδαλήμενος praesens esse aeolicum, ut φιλήμενος et alia. Cf. Sturz. ad Maittair. de dial. p. 207. Difficilius est de verbo λατρευόμενον statuere. Apparet id ad τάλαντον referri. Verisimile est autem dictum esse pro λατρευόμενον; certe ΕΙ pro ΕΥ etiam in decreto adv. Timoth. Miles. habetur, ubi in libris Ἐλισωνίας (vid. Knight p. 132.). Quodsi ita est, sensus

erit: *talentum illud Iovi Olympio pendendum dedicari in signum venerationis atque officii.* In fine de tabulae laesione agitur. Nam si quis scriptum hoc (τὰ γράφειά ταί, i. e. τὰ γράμματα ταδί) violaverit, eadem quae in foedere laeso mulcta constituitur. Γράφες videtur dictum ut τρύφος. Deinde (τίς pro τίς est etiam Lacorum) designantur ii qui foedere obstricti sunt. Féτας est civis privatus (vid. Hesych. v. et Thucyd. V, 79. Aeschyl. Suppl. 250.). Huic opponitur τελίστα, i. e. τελιστής (cf. Greg. p. 693.). Τελισταί autem sunt οἱ τὰ τέλη ἔχοντες, magistratus. Iam quum eâ aetate, quâ scriptum esse hunc titulum monuimus, neque Elei neque Heraeenses in unam essent urbem congregati, sed δήμοις s. κώμαις seiunctis continerentur (vid. Strab. VIII. p. 233. Diød. XI, 54.), potuit accidere, ut unus vel alter pagus a foedere alienior fieret; quod ne accideret, item cautum est apposito δᾶμος. Post δᾶμος fit interpunctio, quae quid significet, ex iis quae supra diximus p. 50. apparet. Itaque inde non colligas litteras ἐντ' ad sequentia pertinere. Nam ἐντεπιάρω pro ἐν τῷ ἐπιάρῳ nullâ ratione defendi potest. Sed scilicet ἐντὶ dorica et aeolica forma est pro ἐστὶ, ad ea, quae praecedunt, referenda. Porro Aeolismo Asiano dicebatur ἴρος pro ἱερός, sed apud Dores ἰαρός, quod fit ἰαρος Aeolismo Peloponnesiaco. Hinc ἐπίαρος (ἐφίαρος), quod adiectivum de rebus numini oblati usurpatur. Nunc τὸ ἐπίαρον mulcta esse deo solvenda videtur. Postremo αὐθις pro αὐτις ut est Ionum et Dorum, ita etiam Aeolum est; unde ἐνταῦτ' pro ἐνταῦθ' et synaloephe admissâ τῷ ἄταῦτ', in quâ tamen littera τ retinetur contra regulam hodie receptam, quae fortasse in Aeolismo non obtinebat.

## 25.

Sub signo aereo Musei Naniani. Edidit Maffei Veron. Illustr. III. p. 261. (a. 1732). Dein Zanettus et Corsinus (ll. cc. ad p. 3.), Illustravit Passerius (osservazioni sopra l'avorio foesile etc. Venet. 1759) p. XXIV. Una cum signo edidit Paciaud. Mon. Pelop. II. p. 50. Inscriptionem aeri incisam praebet Lanzl, Saggio di Anglia Etr. I. tav. 1. cf. p. 103. item Collect. antiquitt. Mus. Nan. n. 29. et una cum signi imagine n. 276. Ceterum hodie monumentum non exstare in Museo Naniano notavit Hirtius. Cf. Villoison. Anecd. II. p. 166. p. 124. et Rose, Inscr. Vetust. tab. XI. fig. 2.

ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΜ ΑΜΕΘΕ ΚΕ

Statua, ad quam inscriptio haec pertinet, unius palmi altitudine, ex aere fusa, priscum Graecorum styliam refert, neque ita dispar est idolis aegyptiacis. Est ea nudi viri iuvenilis, brachiis corpori appressis, sinistro



pede paullulum ante dexterum posito; caput quasi circulo redimitum, capillis nimium concinne compositis et in tergo figurâ quadratâ colligatis. In vertice foramen esse videtur; unde patet telamonem fuisse, fortasse lychnuchum. Cui vero dedicata fuerit statua vel ubi reperta, non constat.

Itaque quum hoc monumentum antiquissimae artis esse appareat, nihil obstat, quominus, qui id dedicavit, Polyocrates Samiorum tyrannus intelligatur, qui ab Olymp. 53, 3. usque ad Olymp. 64, 1. imperium tenuit (vid. Panofka Sam. p. 29. sq.). Cui opinioni favet etiam nudum nomen Πολυκράτης sine patris vel patriae appellatione. Inscriptionis prior vox in dextero latere est plinthi, cui statua insistit; alterius vocis tres priores syllabae in frontè basis perscriptae sunt, ultima autem syllaba in sinistro latere, sic: Πολυκράτης | ἀνέθη | κτ. Litterarum formae notae sunt ex titulis superioribus.

## 26.

In vase fictili reperto in sepulcro rupi inciso prope Corinthum. Primus edidit D'Agincourt: Recueil de fragmens de sculpture antique en terre cuite, tab. XXXVI. Inscriptiones ibi male expressas rectius ex Dodwelli schedis descripsit Raoul-Rochette in epistol. ad Aberdeen tab. III. cf. p. 83. 127. sq. Postremo accuratam vasculi imitationem cum ipsis figuris, quibus nomina interposita sunt, exhibuit Dodwell. Itin. II. p. 196. cf. Rose, Inscr. Vetust. tab. IX. 1. 2. et pag. 367. sq.

ΑΣΑΜΒΜΥΟΝ  
ΑΓΚΑ  
ΔΟΡΞΜΑΧΟΜ  
ΜΑΚΞΜ  
ΑΜΔΡΥΤΑΜ  
ΓΑΡΟΜ  
ΦΞΟΜ  
⊗ΒΡΜΑΜΔΡΟΜ

In litteris memorabile est gamma Γ, qualis forma in nummis Siciliae et Magnae Graeciae reperitur. Δ est vulgare. Lambda λ ut n. 21. 23. Sigma Σ et μ̃ M, tum φ̃ Φ et epsilon Ε (vid. alphabet. titt. vetust.). Iota ι affine est illi, quod habes n. 21. sed proxime accedit ad similitudinem

n. 81. Praeterea insunt K et Q et hoc quidem ante O, ut n. 50. Mihi quidem id in O mutandum non videtur. Nam lineolae superioris nullum in vaseculo exstat vestigium. Monumentum valde antiquum est. Nomina figuris adscripta haec sunt:

Ἀγαμέμνων, Ἄλκα, Δορίμαχος, Σάκισ, Ἀνδρύτας, Πάκιων, Φίλων, Θέρσανδρος.

Patet insigne aliquod Corinthiorum heroum facinus describi, qualis Erymanthii vel Calydonii apris strages fuit. Nam ea pars vasculi, in qua nomina inscripta sunt, in sinistra ostendit Thersandrum, qui aprum ingentem ense petit. Sub apro Philo cernitur; eandem feram sagittam percussurus adstat Paco, appropinquante Andryta, qui hasta et clypeo munitus est. Sacis et Alca, inter quas Dorimachus conspicitur, mulieres sunt. In dexteram parte post omnes est Agamemnon, qui pro sceptro caduceum gerit. Ex his omnibus soli Agamemnon et Thersander (Sisyphi fil. v. Paus. II, 4, 3.) noti sunt. Et hic quidem primas agere videtur. Agamemnon haud dubie ideo additus est, quod penes hunc tum summum Corinthi imperium esset (v. Paus. II, 4, 2. cf. II. B'. 570.). Simile vas v. ap. Ros. Inscr. Vetust. tab. IV. fig. 2. (1.)

## 27.

In galea aerea a. 1817 inter rudera Olympiae reperta. Primus edidit Broendstedius: sopra una iscrizione scolpita in un antico elmo di bronzo etc. Napoli 1820. 4. Deinde in epist. ad Munterum in Diario Germ. matutino 1820. Kunstblatt n. 15. Sickler in Diario matutino 1821. Kunstblatt n. 2. Pouqueville Itin. IV. p. 300. male exhibet titulum, ex eoque Boissonad. Diar. class. Vol. XIX. p. 301. Thierschius consentiens cum Boeckhio in Diar. matut. Kunstblatt. n. 26. a. 1821. Boeckhio in Commentt. Pind. Vol. II. P. II. p. 225. sq. Hermannii explicatio a Silligio exposita in Boettiger. Amalth. II. p. 231. sq. paulum differt ab illis. Cf. Boeckh. in prooem. Ind. Lectt. Univ. Litt. Berol. hibern. 1822-1828. p. 4. Postremo Welcker. Spicileg. epigr. alt. n. 27. et Rose Inscr. Vetust. tab. VIII. fig. 1.

ΘΙΑΡΟΝ Ο ΔΕΙΝΟΜΕΝΕΟΣ  
 ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΒΡΑΚΟΞΙΟΙ  
 ΤΟΙΔΙ ΤΥΡΑΝΑΡΟ ΚΥΜΑΣ

Vetusta sunt V R et spiritus Θ, qui in articulo omittitur, deinde obliquum Δ, consona simplex pro duplici vs. 3. in Τυράν'. Cf. in inscr. Ther. n. 16. ΘΑΡΥΡΤΟΝ ΕΜΟΣ. Postremo eodem in versu admissa apostrophus; cf. n. 41. n. 43. Sed memorabile est Ξ in titulo tantae antiquitatis.

Hiero Syracusarum tyrannus Olymp. 76, 3. (Diod. XI, 51.) Tyrrhenos ad Cumas devicerat; ex quâ pugnâ a Pindaro (Pyth. I.) celebratâ spolia Tusca Iovi Olympio dedicavit, quae fortasse in thesauro Geloorum reposita erant (cf. Paus. VI, 19, 10.). Horum spoliiorum tres galeae repertae sunt, quarum uni, quae loco maxime conspicuo inter ceteras posita fuisse videtur, hic titulus inscriptus est. Certe in *πανοπλία* a Myonensibus dicatâ similiter uni clypeo impositum epigramma narratur (v. Paus. V, 19, 3.). Verba dorice composita haec sunt:


*Ἰέρων ὁ Δεινομένεος καὶ τοὶ Συρακόσιοι τῷ Διὶ Τυρρῶν' ἀπὸ Κύμας.*

„Hiero Dinomenis fil. et Syracusii Iovi Tyrrhena haec arma a Cumis reportata dedicarunt.”

Verbum *ἀνέθεσαν* omittitur, ut saepius. *Ἰέρων* doricum est ut *ἰερός*. cf. ad n. 24. sub fin. *Συρακόσιοι* forma est germana etiam Atticis (v. Boeckh. ad Sim. Socrat. praef. p. XXXI. Bekker ad Thac. III, 86.). Monosyllabum *Δι* vidimus n. 24. Apostrophum vs. 3. versus causa admissam iudicat Boeckhius. De causâ dubitari possit. Nam ut plurimum in ipsis versibus vocabula plene scribuntur. Cf. n. 44. n. 51. C. Inscr. n. 426. 913. 1582. Sed ad defendendum versus paroemiaticum *τῷ Διὶ Τυρρῶν' ἀπὸ Κύμας* utique exempla exstant, ubi aliquot voces extra versus positas sequitur versus (v. Paus. X, 7, 3. V, 27, 1. Cf. n. 43.). Equidem etsi in toto hoc titulo numeros ad rhythmum anapaesticum accedentes sentio, tamen, an deditâ operâ admissus versus paroemiaticus sit, dubitaverim. De galeis votivis cf. n. 29.

## 28.

Argis in D. Demetrii, ex schedis Fourmonti. Edidit Pouquevill. Itin. et Rose, Inscr. Vetust. tab. XI. fig. 1. Accuratius apographum nuper publicavit Lud. Rossius (Inscriptiones graecae ineditae, fasc. I. Naupliae 1834.) n. 55. qui fragmentum repperit in ecclesiâ D. Demetrii. Ibi singuli versus duplici lineolâ distinguuntur. cf. Corp. Inscr. n. 1285.



Litterae maximam partem priscae sunt, ut D I Θ Λ + (i. e. X), Θ (i. e. O). Sed Sigma est Σ, quae forma apud Doros primum omnium invaluit. Cf. Alphabet. titt. vetust. Arma numini dedicantur ab homine qui hoplitodromus vicerat. Quae in nostro apographo leguntur, haec fere sunt:

...ων ἀνέθηκε  
...ντα ἰσχυ.λο  
Δίοπος τοῖς δαν  
οσίοις ἐν ἀέθλο  
ις τετράκι τε.  
πάδιον νίκη κα[ι]  
δις τὸν ὀπλίτα[ν]

Titulum dorice scriptum esse ex dorico imperfecto νίκη pro ἐνίκη (cf. Pind. Nem. V, 5.) et ex voce ὀπλίταν apparet. Nec minus apertum est et versus fuisse heroicis et verbis οσίοις ἐν ἀέθλοις et δις τὸν ὀπλίταν constitui finem versuum. Boeckhius inter vs. 3. et 4. plura perisse existimans οσίοις statuit. Sed de hoc dubitari potest. Eiusdem coniecturas de vs. 3. Πέλοψ et δ' αὖ et 6. παριων quae minus accurato apographo Fourmonti nituntur,

nostrae lectiones repudiant. In fine Fourm. praebet ΠΙΞΤΟΝ ΟΠΗΤΑ unde Boeckh. effecit ἄριστον ὀπλίταν, quod iam verbis δις τὸν ὀπλίταν cedit. Vs. 6. Γ certissimum esse in lapide Rossius affirmat; quapropter στάδιον scribi non possit. Potest tamen [σ]πάδιον, quod idem est in dialectis neque id solum aelicum sed etiam doricum. Itaque si ductus vs. 5. 6. 7. coniungere in unum versum licet nec tantum interiit litterarum, quantum Boeckhius putabat, versum habebimus hunc:

τετράκι τε [σ]πάδιον νίκη κα[ι] δις τὸν ὀπλίτα[ν].

In quam sententiam video incidisse etiam O. Müllerum (Diar. litt. Gott. 1836. n. 116.) qui totum ita composuit:

... θων ἀνέθηκε [τῆ]ντα.

\*ἰσχυ[λ]λο[ς] Δίοπος τοῖς δα[μ]οσίοις ἐν ἀέθλοις

τετράκι τε [σ]πάδιον νίκη κα[ι] δις τὸν ὀπλίτα[ν]

Et profecto si ultimum versum recte restitimus, etiam alterum probabiliter restitutum concedamus necesse est. ἰσχυλλος nomen notum ex vasis (HISXY LOS. Mus. Etr. 558. 1115. cf. Creuzer. de vase ant. att. p. 13.) ab ἰσχύς derivanda, duplicatâ litterâ λ αἰολικῶς, Θίος dorica forma est pro Θεός. Δαμόσιοι ἀέθλοι videntur nunc dici simpliciter ludi Argis celebrari soliti (cf. Xenoph. Cyrop. I, 2, 12. δημόσιοι ἀγῶνες). Boeckhius cogitabat de hoplitodromo qui ter et quater vicerit ludos [τρ]ίς τετράκι τε -. De quo, si versus recte coniunximus, cogitari iam non potest. Sed quod O. Müllerus suspicatur verba ... θων ἀνέθηκε [τῆ]ντα extra versum posita esse, et qui dedicaverit, eundem Ischylum Theopis filium posse intelligi, erit cui minus id verisimile videatur. Nam et versus finis potuit esse ... ων ἀνέθηκε [τάδ' ἔ]ντα et alius is, qui dedicavit arma, fortasse defuncti; nec, quantum interiit in principio, scire possumus.

Ceterum hoc fragmentum denuo tractatur ab Hermanno (Progr. 1835. Mart.) qui apographo Rosii (Inscr. Gr. Vetust. p. 81.) usus versus ita refinxit:

Ἰπποκόων ἀνέθηκε τὰ δ' ἔντεα, ἰσχυροὶ λώβης  
χωρὶς ἐν ἡθέοις τοῖς δημοσίοις ἐν ἀέθλοισι  
τετράκι τῆ ἄ πάντων νίκη κάρτιστος ὀπλίταν.

qui quantum distent a vero, nihil attinet dicere.

## 29.

In galeâ aereâ eleganter fabricatâ, quam a 1795 prope Olympiam in Alpheo repperit Britannus Morrit. Aes ex cupri quinque vel sex portionibus unâque plumbi candidi temperatum. Galea ipsa clavis tropaeo affixa erat. Litterae pistillis profunde impressae sunt, altero rotundae lineae, altero rectae, et eodem quidem typo circulus integer et dimidius. Ita factum est, ut litterae D P Φ eandem fere formam obtinerent. cf. n. 24. Corp. Inscr. n. 32. et Rose, Inscr. Gr. Vetust. tab. VII. fig. 2. Galeam possidet Payne Knight. Scriptura edita est in Diar. Class. I. p. 328. sq. Cf. Walpol. Travels. p. 588. n. 53. Welcker spicil. alt. p. 11. Accuratus apographum Ros. Inscr. antiqu. tab. VII. (ad p. 59.) praebet, quod damus in margine.

Litterae vetustae sunt. Gamma est Λ, ut n. 22. Inest digamma in media voce, de quo vide supra in alphab. et koppa Ϙ. Primus Boeckhius vidit legendum esse:

Τὰργεῖοι ἀνέθεν τῷ Διὶ τῶν Κορινθίων.

„Argivi dedicarunt Iovi ex spoliis Corinthiis.”

Τὰργεῖοι est τοῖ Ἀργεῖοι, ut in epigr. vetusto ap. Paus. V, 25, 5. τῷ Διὶ τὰ χαροὶ τὰ γάλατα ταῦτ' ἀνέθηκαν. Deinde ἀνέθεν est ἀνέθεσαν. cf. Simonid. in Anthol. I. p. 254. ed. ult. ubi vulgo contra metrum ἀνέθιντο. Titulus respicit tropaeum universum sive πανοπλίαν, ut galea Hieronis (n. 27.) ad plura spolia pertinet; hinc τῶν Κορινθίων. Habemus versum senarium, non elegantem illum quidem, sed quales vel apud lyricos et comicos interdum reperiuntur. Cf. Metr. Pind. p. 103. Pyth. VIII, 29. c. notis critt. et Pyth. XI, 24. Adde Corp. Inscr. I. Addend. p. 885.

Galeas ficticias interdum dedicatas esse non est cur ambigamus. Certe Dodwell. Itin. II. p. 327. refert plurimas galearum Olympiae repertarum tam tenues esse, ut militares non fuisse videantur. Quamquam de his difficile iudicare, nisi quod parva galea Leakii, cuius inscriptio est in C. I. n. 31. (cf. Rose Inscr. vetust. p. 20.)

ΤΑΦΩΝ. ΟΙΑΝΕΘΕΝΤΟΙΦΙΤΟΝΡΟΦΙΝΘΟΘΕΡ

ΥΦΘΞΘΛΑΜΣΟΙΟΦ

(i. e. *Κοῖός μα πόησε φυ...* de voce *μά* v. Giese de dial. aeol. p. 259. sq. **Θ** error est artificis pro **Ξ**) voti causa videtur fabricata esse. Sed neque galeam Hieronis huius generis esse verisimile est, nec de hâc, de quâ nunc agimus, idem probari possit. Nam Megarensium thesaurum Olympiae, quo Welckerus utitur ut demonstret galeam hanc spolium esse ficticium, sero conditum esse ipse Paus. (VI, 19, 4.) significat verbis lacunosis, ut tum, quum thesaurum Megarenses dedicarent, etiam Argivi socii Megarensium potuerint spolium inferre, sive ex illâ remotae aetatis pugnâ captum, sive aliâ deinceps occasione de Corinthiis reportatum. Itaque Boeckhius rem pluribus persequens ex donariis ibi repositis teste Pausaniâ, qui artificem Dontam (circa Olymp. 60.) nominat, probabiliter coniecit, illâ aetate etiam Argivorum hoc donarium illatum esse, ut haec inscriptio circa Olymp. 60. posita esse videretur.

## APPENDIX.

Posteaquam inscriptiones vetustissimas percensuimus earumque indolem et naturam monstravimus, visum est in Appendice ea exponere, ex quibus quae esset prisca fraus in titulis scribendis, quae recentior, posset intelligi. Itaque missis titulis iis, qui, quum vetustate detriti essent, multo post iterum exarati litteris sunt recentioribus, ut Simonidis versus illi in Orsippum (Corp. Inscr. n. 1050.), ut eiusdem epigramma in Graecos, qui in bello Medico perierunt (ibid. n. 1051. cf. n. 972. et n. 1724.), et iis, qui aliunde petiti in lapides coniecti sunt, ut plures in Kempianis (C. I. n. 372. 614. 652. 1105. b. cf. ibid. n. 511. 1724.) (\*) faciendum putavimus, ut institutâ triplici earum inscriptionum, quae fraudem produunt, divisione primum

(\*) Nam monumenta Kempiana, quum ipsa per se falsa sint, tamen veras continent inscriptiones. Similiter inscriptio ex libro petita sepulcro Homeri, quod vocatur, imposita est, ut permultae ex Anthologiâ aliisque libris vetustis in antiqua anaglypha coniectae sunt. Cf. Maffei. Crit. lapid. p. 74. sqq.

de titulis piâ fraude veterum Graecorum fictis dissereremus, deinde de titulis in speciem antiquitatis compositis, postremo de titulis spuriiis.

#### I. DE PIA FRAUDE VETERUM GRAECORUM.

Quemadmodum pleraeque omnes, quae exstant, narrationes mythicae variis aetatibus variis modis partim licentiâ poëtarum partim subtili interpretatione immutatae sunt et fucatae, neque id solum serioribus temporibus sed ex certis testimoniis sexto iam saeculo ante Chr. n. factum videmus (cf. Ambrosch. de Lino diss. p.VIII.), ita etiam antiquissimis temporibus fraus grassata in monumentis litteratis est. Satis est Onomacritum nominasse, quem constat praeter corrupta Musaei oracula etiam mythos Bacchicos haud leviter novis oblitterasse additamentis. V. Nitzsch. H. Hom. I. p.161. sq.


Inscriptiones igitur, quae ad fabulosas pertinent personas, ex eâ, quam heroes referunt, aetate esse non possunt. Tales sunt illae, quae Thebis in Ismenio tripodibus impositae Amphitryoni, Scaeo, Laodamanti tribuuntur (Herodot. V, 59. cf. Knight Prolegg. Hom. §.LXXVII.), inscriptio thalami Alcmenae (Pausan. IX, 11. cf. Herm. ad Orph. p.786.), et eidem aetati assignata Herculeae (Aristot. mirab. auscult. 145.). Hae igitur, quum fabulosos heroes spectent, cum Wolfio (Prolegg. Hom. p.LV. sq.) pro fictis habendae sunt. Nec mirum videri debet, quod *laeta antiquitatibus gens* eademque credula tali fraudi operam dedit, quo monumentis suis remotae vetustatis auctoritatem conciliaret. Huc pertineret etiam columna lapideâ in oratione de Neaerâ (p.1370. extr.) memorata, si ea esset oratoris mens, ut a Theseo positam existimaret; pertineret titulus de Coroebo apud Pausan. (I, 43.), si is, ut Rochettus putavit, certae aetati assignari posset. Aliud exemplum fictae inscriptionis innuit Pausan. (VIII, 14, 4.) *καί μοι καί γράμματα οἱ Φενεᾶται παρέείχοντο ἐπὶ τοῦ ἀγάλματος γεγραμμένα τῷ Βάθρῳ, τοῦ Ὀδυσσεύς δὴ τι πρόσταγμα τοῖς ποιμαίνουσι τὰς ἵππους.* Accedit quod monumenta de divisione Peloponnesi post reditum Heraclidarum, ut tradebatur, factâ, quae saxi sculpta et aere prisco ostentabant Messenii (Tacit. Ann. IV, 44.) recentiore aetate composita videntur (Müller. Aegin. p.39.). Denique dubitari potest, an *τελετὴ τῶν μεγάλων Θεῶν*, quam Aristomenes Messenius circa Ol. 28. tabulis plumbi albi consignatam in urnâ defodisse fertur, post Leuctricam pugnam Ithomae reperta (Pausan. IV, 26, 4.), non antiqua fuerit, sed piâ fraude ficta. Cf. Boeckh. in Corp. Inscr. I. p.63.

## II. DE TITULIS IN SPECIEM ANTIQUITATIS COMPOSITIS.

Graeci in monumentis saepe speciem antiquitatis affectarunt, quod vel optimis temporibus factum esse ex multis indiciis apparet. Quo pertinent inscriptiones quaedam votivae rupibus incisae (C. I. n. 456. cf. ad inscr. Theraeas pag. 56.). Rem ex Pausan. (I, 2, 4. V, 22, 2.) demonstravit Boeckh in Corp. Inscr. ad n. 25. Nos hic quinque titulos exponemus, qui quamquam non eâ, quam prae se ferunt, aetate compositi sunt, tamen ad cognoscendum priscum usum litterarum apprime conferre videantur.

## 30.

Inscriptio Delphis reperta. Edidit Dodw. Itin. II. p. 509. Primus explicuit Boeckh. in prooem. lectt. Univ. litt. Berol. hibern. 1821-1822. Cf. Rose Inscr. Vetust. tab. XIII. fig. 1.



Verba tituli haec sunt:

... *ιόθαλος* ὁ Πολα ...  
 Βοιώτιος ἐξ Ἐρχομ[ενοῦ] ...  
 Ἐπατόδωρος, Ἀριστο[γείτων]  
 ἐποησάταν Θηβαίω.

Scriptura sane prorsus antiqua est. Ψ idem est quod V hoc est X. Β est angulare, item R. Forma litterae Γ rotundior est. Praeterea D et Σ. Vid. alphab. titt. vetust. Spiritus Η omissus est ex dialecti ratione. Omnino si formas perversiores vs. 1. θ et vs. 3. Π exceperis, nihil inest novicii. In orthographiâ notanda sunt antiqua scriptura Ἐρχομενοῦ pro Ὀρχομενοῦ (cf. n. 74. Corp. Inscr. n. 1569. Oecon. civ. Ath. II. p. 383. sq.) et Σ duplicatum ante Τ in nomine Aristogitonis, quae scriptura in vetustissimo quoque titulo saepissime occurrit. Cf. supra p. 49. Vs. 3. 4. nota omissum καὶ et verborum collocationem (in quâ etiam dualis de industriâ adhibitus videtur) Ἐπατόδωρος Ἀριστογείτων ἐποησάταν Θηβαίω. Cf. Pausan. VI, 9, 1. Corp. Inscr. n. 81. 470. 1194. 1195. 1196. et Homerî apotheosin, anaglyphum notissimum, ubi Ἀρχέλαος Ἀπολλωνίου ἐποίησε Πρωτεύς. Postremo ternae lineolae,



quae distinctionem verborum constituunt, haud dubie terna puncta fuerunt, quae antiqua ut plurimum interpunctio est.

Iam hunc titulum statuae aereae victoris, fortasse Pythii, subscriptum puta. Nomen victoris patrisque mutilatum est. Pater Boeckhio coniciente fortasse Πολάνωρ dictus est, quod nomen reperias apud Pausan. V, 5, 5. ubi tamen liber Parisinus aliique Πολήνωρ. Sed artifices, qui tantam priorum hominum simplicitatem in titulo studebant aemulari, Olymp. 102. floruerunt (Plin. H. N. XXXIV, 19.). Ambo nominantur apud Pausan. X, 10, 2. Thebanum utrumque fuisse ex hâc inscriptione primum innotescit. Et Aristogitonem quidem Hypatodori filium fuisse conicit Boeckhio. Itaque quâ aetate posita haec statua est, prisca illa scriptura etiam aequalibus tum prisca videri debebat atque ab usu communi aliena.

## 31.


Fragmentum Corcyrae repertum. Boeckhio misit Creuzerus.



Mira in hoc monumento versuum est ratio. Nam qui supremo loco positus apparet, is inverso titulo a sinistrâ legitur, alter item a sinistrâ, tertius a dexterâ. Litterae antiquissimae sunt. Sigma est M, μ̄ M. Iota fere idem quod n. 26. E exprimitur formâ ad B proxime accedente ut n. 26. Gamma similitudinem habet cum C n. 26. et cum C n. 24. Spiritus asper

*ad pag. 77.*





est **Ε**. Sed tota haec antiquitas destruitur una diphthongo OY, quae in casus, ut videtur, terminatione comparet. Quae legi possunt, haec sunt:

... ἴμου ματρὸς ἐγὼ ἔστα[κα ..

... τυμοὶ Πολύνου Φασσ ....

ἄ]πελούσατο.

Nam ultima littera videtur O esse. Vs. 2. Φασσ... reliquum est ex nomine fortasse ab ἄστν composito, quod certe digamma habet, ut Corp. Inscr. n. 1520. ΦΑ{ΞΤΥΟΥΟ (hoc est Ἀστυόχου). De duplici sigma vid. titulum superiorem n. 30.

### 32.

Repperit Sherardus tribus a Sigeo promontorio miliaribus, quo loco olim oppidum Sigeum stetit. Prodiert Londini a. 1721. fol. et Lugd. Bat. a. 1727. 8. Deinde edidit Chishull. Antt. Asiat. p. 4. et Murat. Thes. Inscr. IV. p. MMCIII. Tum Hessel. in Append. praef. ad Inscr. Gud. C. XXVII. ex schedis Dukeri Hocheppedianis vel Horstianis. Chandler. Inscr. I. p. 3. ex Revetti delineatione, quam cum Boeckhio sequimur. Cf. Rose, Inscriptt. vetust. p. 1. et p. 337-347. Marmor, cui tituli inscripti sunt, altum est pedes VIII, digitos VII, latum pedem I, digitos VI et paullo plus, crassum ultra X digitos. In summo lapide medio foramen iacisum est digitos plus quam duos altum, tres digitos latum, in quo patet imaginem, quae imposita erat, infixam fuisse. Nunc est in Museo Britannico. n. 199. sed valde detritum. Vid. Walpol. Mem. p. 97. sq.

[Vid. tab. insert.]

Duae sunt inscriptiones. Utraque eiusdem argumenti est et scripta βουστροφῆδον, incipiente scalpro a sinistrâ. Vid. Introd. V. Quae superior est inscriptio, leviter est incisa et perfunctorie, quae inferior, iuste exarata est. Haec litteris perscripta est iis, quibus ante receptas Ionicas utebantur Attici, illa Ionicis. Itaque litterae inferioris tituli sunt hae: Gamma Λ, lambda λ, delta obliquatum Δ; deinde Μ Ν Ψ +. Sigma Σ omnibus locis in sinistram vergit Ϻ, quae forma proprie in scripturâ a dexterâ ad laevam progrediente locum habet. Cf. alphab. titt. vetust. inprimis formas litterae I in Theraeis inscriptionibus obvias. Diphthongus EI plene scribitur praeter infinitivum μελεδαίνειν; quod et ipsum atticum est. Distinctio modo binis modo ternis punctis fit; in quo bina puncta Boeckhio videntur transcribentis incuriae tribuenda. Iam vero in titulo superiore omnia sunt Ionica. Habes Η et Ω. Litterae Φ et Υ in hac formas habent etiam vetustiores. Ρ est modo rotundatum modo angulare. Figura litterae Sigma utrimque arcuata in formam cursivi Zeta, quae species τῶξψ εὐλιγμένψ comparatur ab Euripide. Diphthongi OY et EI exsulant. Distinctio hinc inde binis punctis

constituitur. Sed ut in inferiore titulo scriptura prisca illa Attica, in superiore Ionica est, ita etiam dialectum comparatam habes. Inferioris tituli verba haec sunt:

Φανοδίκου εἰμὶ τοῦ Ἑρμοκράτους τοῦ Προκονησίου· κατὰ κράτηρα κακίστατον καὶ ἡθμὸν ἐς Πρυτανεῖον ἔδωκα μνήμα Σιγεῖσι· ἐὰν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγεῖς. Καί μ' ἐποίησεν Αἴσωπος καὶ ἀδελφοί.

„Phanodici sum, Hermocratis f. Proconnesii. Et ego craterem et basin et colum in Prytaneum dedi memoriae causa Sigeensibus. Si quid vero patiar, curate me, o Sigeenses. Et fecit me Aesopus et fratres.”

Superioris autem haec:

Φανοδίκου εἰμὶ τοῦρμακράτεος τοῦ Προκονησίου· κρητήρα δὲ καὶ ὑποκρητήριον καὶ ἡθμὸν ἐς Πρυτανεῖον ἔδωκε Σι[γ]εῖσιν.

„Phanodici sum, Hermocratis f. Proconnesii. Craterem autem et basin et colum in Prytaneum dedit Sigeensibus.”

Putam imaginem Phanodici supra positam induci loquentem. Cf. Hipparch. sive de lucro. p. 229. Plat. Phaedr. p. 264. D. Herodot. V, 58. Pausan. V, 20. VI, 8. Fuit haud dubie protome sive thorax, qualis est Hermarum, cui infigendo inserviebat lapidis in summâ parte foramen. Vivus Phanodicus imaginem suam Sigei posuit, fortasse in prytaneo (cf. Cic. Verr. act. II. lib. IV, 57.), permittentibus Sigeensibus. At pro donis parum magnificis imaginis honorem publice decretum esse vetustissimâ praesertim aetate credibile non est. Accedit quod iconicae imagines sero in usum communem receptae sunt, ac, si signum Phonodici marmoreum fuit, de quo vix dubites, principia artis sculptoriae obstant, quo minus monumento aetatem eam, quam inscriptiones mentiuntur, tribuamus. Nam marmoris scalpendi ars vix Solonis aetate coepta erat (circa Olymp. 50.), qua Plinio auctore (XXXVI, 4. 1.) Dipoenus et Scyllis primi inclaruerunt. Atqui, si Aesopus noster cum fratribus suis Solonis aetate ex marmore Proconnesio (Strab. XIII.) tantum non primi *εἰκόνας* fecissent, non est probabile futurum fuisse, ut eorum in historiâ artis negligenteret memoria. Vide de his Boeckhium uberiora disserentem, cuius omnino probanda sententia est, titulum hunc duplicem ipsâ repetitione suspectum ad illa relegantis tempora, *quae labentibus Graecorum moribus et insanâ irrupente ambitione fora, stoas, curias imaginibus privatorum impleverunt.*

Sed ut ad inscriptiones nostras revertamur, in verbis notanda haec sunt. In titulo inferiore scriptum habes Προκονησίου, in superiore Προκονησίου. Utraque scriptio stare potest; quamquam duplex N magis est ex more

(cf. Strab. XIII. p. 425. ed. Paris. 1587.). In titulo Ionico crasis (ταύρομοκράτης) Ionica est; unde Τ pro Θ. Porro in inferiore vs. 6. Σιγυειῦσι pro Σιγυειῶσι haud dubie lapicidae imputandum est. Idem nomen in superiore titulo vitium contraxit, ubi Συκεῦσιν, in quo quod κ est, id non casu sed consilio ex vulgari et plebeia dialecto illatum suspicatur Boeckhius. Deinde in inferiore titulo forma ΕΓΟΙΕΣΕΝ ut Boeotica (cf. infra n. 74.) locum habere non potest. Scilicet quadratarius erravit, qui pro ΕΓΟΙΕΣΕΝ formam illam expressit. Omissum ι proprie non offendere, quum ποιῆν et ποιεῖν ab omnibus Graecis dictum sit, non est cur moneamus (cf. Welcker Syllog. p. 179.). Postremo in eodem titulo nomen Αἴσωπος spiritu aspero extruitur, refragante naturâ nominis. Sed hoc quidem fit etiam alias in antiquissimis titulis Atticis. Vid. Part. II. Cap. II. pr. Iam donariorum nomina sunt in inferiore titulo: κρατήρ, ἐπίστατον, ἡθμός, in superiore: κρητήρ, ὑποκρητήριον, ἡθμός (in quo extremo hoc obiter notamus, alteram litteram scriptam videri Θ, non Θ; de spiritu leni cf. Giese de dial. aeol. p. 404.). Crateris basis in illâ ἐπίστατον, in hac ὑποκρητήριον vocatur (v. Plutarch. de orac. def. c. 14.). Altera vox Ionica est (Herodot. 1, 25. ὑποκρητήριον). Quamquam ἐπικρητήριος etiam in Atticis demiopratis legebatur, cf. n. 57. Βάθρον ὑποκρατήριον. Sed Atticis usitatius videtur fuisse ἐπίστατον, ὑπόστατον, ἐπιστάτης, ὑποστάτης. V. Corp. Inscr. n. 151. vs. 24. ὑπόστατον τῷ κρατήρι. cf. Poll. X. 46. Pausan. X, 26, 2. Τὸ ἐπίστατον autem sive ὁ ἐπιστάτης apud Aristoph. Av. v. 436. basis sive tripus est, in quo ollae et lebetes igni apponantur. Cf. Boeckh. ad h. l. Ceterum totus hic nominum delectus et discrimen in utraque inscriptione factum subtilius omnino ita comparatum est, ut de antiquitate titulorum satis magna sit causa dubitandi.

Superest, ut de structurâ verborum sententiâque videndum sit. Et sermo quidem inferioris tituli ut cetera simplex est, ita verba κἀγὼ — ἔδωκα simplicitatis affectationi videntur tribuenda. Quae personarum confusio iam a Chishullo Pausaniae atque etiam hodierno usu illustrata est, quo imago ipsius hominis nomine appellatur. Deinde vs. 7. quae sequuntur verba, εἰάν δέ τι πάσχω, μελεδαίνειν με, ὦ Σιγυεῖς, rursum imago loquitur, quasi homo. In quo verbum μελεδαίνειν (cf. Theocr. X. 52. Herodot. VIII, 115.) proprie Ionicum et poëticum quum in primis de curâ medicâ dicatur (vid. Hippocr. opp.), illud εἰάν δέ τι πάσχω ita intelligendum erit, ut significet: *si quid detrimenti passa fuerit imago*. Sed quid dicemus de utriusque tituli positu atque origine? Ut omittamus virorum doctorum de hoc exorta dissidia, nobis firma stat Boeckhii sententia contententis, superiorem titulum post in-

cisum inferiorem qualicumque de causâ additum esse et, ut aliquid inesset discriminis, hominem grammaticae studiosum formas litterarum, dialectum, verba aliquot mutasse, alia omisisse. Nec dissimile vero est, utramque inscriptionem fere simul exaratam esse eâ aetate, quâ prisca scriptura Attica exoleverat et quae vocatur Simonidea, dudum recepta erat. Lege sis plura apud Boeckhium.

## 33.

In duabus columnis ex marmore Carystio, in viâ Appiâ tertio ab urbe lapide positis et apud sepulcrum Metellae repertis, quae nunc Neapoli asservantur. Transscripsit Smetius fol. V, 3. ex quo dedit Gruterus p. XXVII, 1. Explicuerunt olim scripturae formam Scaliger ad Euseb. p. 102. sq. et Salmasius in singulari libro, Paris. 1619. 4. Ex Grutero dedit Montfaucon. Palaeogr. p. 135. et inde perversissime Murator. I. p. XCIX, 2. Ante Murator. dederat Chishull. Inscr. Sig. §. 5. Ant. As. p. 10. et inde iterum Murator. IV. ad p. MMCIV. Praeterea Shuckford Harm. sacr. et prof. script. I. p. 176. et Lanzi, saggio di lingua Etr. I. p. 114. sq. Cf. Visconti, Inscr. Triop. p. 6.

[Textum vide pag. seq. interpositum]

*„Etiam columnae Cereris ac Liberae sunt donarium et inferorum deorum. Et nemini fas demovere ex Triopio, quod est ad tertium ad viam Appiam lapidem in agro Herodis. Neque enim utilis moventi. Testis dea viatis.”*

Monumentum est Herodis Attici, qui triopicam religionem ἐν τῷ τριοπικίῳ τεμένει instituerat ob ipsum Regillae uxoris funus. Is Hadriano principe natus usque ad Commodum perduravit. Notum eius est studium rerum antiquarum (v. Philostr. vit. Soph. II, 1, 14.). Et sane in his inscriptionibus strictissimam regulam palaeographiae Atticae secutus est. Scriptura prisca Attica est. Vid. Part. II. pr. Caudas litterarum Α Λ Μ Ν apud Smetium nimium incurvas non esse in columnis quum ex Lanzii notâ intelligi potest, tum nos ipsi vidimus. Sigma proxime accedit ad formam basis Deliacae vid. n. 44. Spiritus asper H accuratissime positus est; pro OY ubique est O. Utrumque tam diligenter observatur, ut litterâ O etiam negatio designetur (cf. pag. 49. sq.) et H vel in mediâ sit voce expressum ut ΕΜΗΟΔΙΑ (vid. Part. II. Cap. III. pr.). Ceterum tituli ex antiquo more κιορηδὸν scripti sunt (vid. Introd. V.). Iam utriusque columnae eadem est inscriptio, nisi quod in alterâ post vs. 12. litterae ΙΕΜΤΟΙ vitiosè omissae sunt, atque in eâdem in fine ΚΑΙ additum est, quod in priore deest. Sed ibi quoque reponendam esse particulam illam ex ipso verborum ordine apparet. Quippe minorem inscriptionem infra positam pro priore habendam

ΟΔΕΝΙ ΘΕ  
 ΜΙΤΟΝ ΜΕ  
 ΤΑ ΚΙΝΕΣΑΙ  
 ΕΚ ΤΟ ΤΡΙΟ  
 ΠΙΟ ΗΘΕΣ  
 ΤΙΝ ΕΠΙ ΤΟ  
 ΤΡΙΤΟ ΕΝ  
 ΤΕΙ ΗΟΔΟΙ  
 ΤΕΙΑΡΤΙΑΙ  
 ΕΝ ΤΟΙ ΗΕΡΟ  
 ΔΟ ΛΑΡΟΙ  
 Ο ΛΑΡΟΙ  
 ΟΝ ΤΟΙ  
 ΚΙΝΕΣΑΝΤΙ  
 ΜΑΡΤΥΣ  
 ΔΑΙΜΟΝ  
 ΕΝ ΗΟΔΙΑ  
  
*In altera par-  
 te eiusdem  
 columnae*  
 ΚΑΙ ΗΟΙΚΙΟΝΕΣ  
 ΔΕ ΜΕΤΡΟΣ ΚΑΙ  
 ΚΟΡΕΣ ΑΝΑΘΕΜΑ  
 ΚΑΙ ΘΕΟΝ  
 ΟΝ ΘΕΟΝ

ΟΔΕΝΙ  
 ΘΕΜΙ  
 ΤΟΝ ΜΕ  
 ΤΑ ΚΙΝΕ  
 ΣΑΙ ΕΚ ΤΟ  
 ΤΡΙΟ ΠΙΟ  
 ΗΘΕΣ ΤΙΝ  
 ΕΠΙ ΤΟ  
 ΤΡΙΤΟ  
 ΕΝ ΤΕΙ  
 ΗΟΔΟΙ  
 ΤΕΙΑΡΤΙΑ  
 ΗΕΡΟΔΟ  
 ΛΑΡΟΙΟ  
 ΛΑΡΟΙ  
 ΟΝ ΤΟΙ  
 ΚΙΝΕΣΑΝ  
 ΤΙ ΜΑΡ  
 ΤΥΣ ΔΑΙ  
 ΜΟΝ  
 ΕΝ ΗΟΔΙΑ  
  
*In altera parte*  
 ΚΑΙ ΗΟΙΚΙΟ  
 ΝΕΣ ΔΕ ΜΕΤΡΟΣ  
 ΚΑΙ ΚΟΡΕΣ  
 ΑΝΑΘΕΜΑ  
 ΚΑΙ ΘΕΟΝ  
 ΟΝ ΘΕΟΝ ΚΑΙ

Καὶ οἱ κίονες  
 Δήμητρος καὶ  
 Κόρης ἀνάθημα  
 καὶ χθονί-  
 ων θεῶν [καὶ]

οὐδενὶ θε-  
 μιτὸν με-  
 τακινήσαι  
 ἐκ τοῦ Τριο-  
 πίου, ὃ ἐσ-  
 τιν ἐπὶ τοῦ  
 τρίτου ἐν  
 τῇ ὁδῷ  
 τῇ Ἀππία  
 ἐν τῷ Ἡρ-  
 ῳδου ἀγρῷ·  
 οὐ γὰρ λωί-  
 ον τῷ  
 κινήσαντι.  
 Μάρτυς  
 δαίμων  
 ἐνόδια.

Καὶ οἱ κίο-  
 νες Δήμητρος  
 καὶ Κόρης  
 ἀνάθημα  
 καὶ χθονί-  
 ων θεῶν καὶ

οὐδενὶ  
 θεμι-  
 τὸν με-  
 τακινή-  
 σαι ἐκ τοῦ  
 Τριοπίου  
 ὃ ἐστίν  
 ἐπὶ τοῦ  
 τρίτου  
 ἐν τῇ  
 ὁδῷ  
 τῇ Ἀππία  
 [ἐν τῷ]  
 Ἡρώδου  
 ἀγρῷ· οὐ  
 γὰρ λωί-  
 ον τῷ  
 κινήσαν-  
 τι. Μάρ-  
 τυς δαί-  
 μων  
 ἐνόδια.



esse, quadrataro de industriâ dedicationis formulam a formulâ prohibendi seiungente, primus vidit Boeckhius. Itaque initium fit a KAI, quod alia quoque dedicata Cereri et Liberæ et inferis diis essent. Atque hae columnæ in via ad introitum Triopii ex adverso videntur positæ esse, unde *μάρτυς δαίμων ἐνοδία*, quæ est Hecate Diana, triviorum præses et viarum De inferorum deorum cultu ad Triopii, ut videtur, Carici exemplum instituto vide plura ap. Boeckh. ad h. l.

## 34.

In anaglypho marmoreo ex Peloponneso, ut dicitur, allato, Wiltoni prope Sarisberium in Museo Pembrokiano. Vid. Kennedy description of the antiquities and curiosities in Wiltonhouse, Sarish. 1769. 4. præf. XXVI. Edidit Jos. de Bimard la Bastie et commentatus est ap. Murat. I. p. 35-48. Inde petierunt Benedictini Nov. tract. dipl. I. p. 626. (cf. p. 631.). Boeckh. habet etiam ex schedis Spikeri et Mülleri, qui Wiltoni transcripserunt. Cf. Rosé Inscr. vetust. tab. LH. p. 331.

ΜΑΝΘΕΟΣ: ΑΙΘΟΥ: ΕΥ  
 :ΙΓΞ:ΙΙΔ:ΙΞΤΙΡΑ Χ  
 ΝΙΚΕΙ ΠΕΝΤΑΘΛΟΥ:  
 ΖΟΔΙΑΓ

Titulus *Βουστροφῆδον* recentiore ductu scriptus est. Nec litteræ quidquam præbent, quod cum scripturæ huius antiquitate non conveniat. Nam M satis antiquum esse docet galea Hieronis (n. 27.), ubi vel N vulgare est, cuius forma in Bimardiano exemplo nostræ inscriptionis variat. De ceteris vid. supra alphabet. Interpunctionis rationem in fine versus exemplis n. 23. et 24. defendit Boeckhius, comparatâ inscriptione Sigeensi, ubi vel initio versus reperitur. Sed diphthongus OY bis eâque in terminatione obvia, ut n. 31., satis suspectam reddit huius tituli originem. Et dialectus omnino vulgaris est, nec quidquam inest vetustæ doricæ vel æolicæ orationis. Anaglyphi quidem stylum priscum perhibet Müllerus, sed videndum est, ne ipsum anaglyphum ad formam antiquioris exempli factum sit ætate recentiore. Accedit quod adrasum lapidem Müllerus notat. Ex quo hic quoque simulatam antiquitatem agnoscas. Verba sunt hæc:

Μάνθεος Αἴθου εὐχαριστεῖ Διὶ ἐπὶ νίκη πεντάθλου παιδός.

„*Mantheus Aethi fil. gratificatur Iovi pro victoriâ quinquentionis pueri.*”

Quippe Mantheus inter pueros vicerat quinquentiones. Quibus autem in ludis vicerit πένταθλος παῖς, coniecturâ assequi non licet. De Olympicis certe cogitari non posse iam alii viderunt. Etenim numquam Olympiae pueri πένταθλοι prodierunt, nisi Olymp. 38. quâ Eutelidas Lacedaemonius victor fuit (v. Pausan. V, 9. VI, 15.). Sed scilicet praeter Nemeaea plurimos ludos in Graeciâ Iovi celebratos esse constat, nec necesse est in Peloponneso victoriam reportarit Mantheus; potuit domi in Peloponneso pro victoriâ alibi partâ Iovi donarium dicare. Cf. Müller. in Boettig. Amalth. III, p. 43. sq. qui coniicit in Olympieis Atticis reportatam esse victoriam. In verbis pauca notanda sunt. Nomen Μάνθεος Boeckhio videtur a Μανίθεος (Μηνίθεος cf. C. I. n. 169. col. 3. vs. 23.) per syncopen factum esse. Verbum εὐχαριστεῖν eo sensu, quo alias dicitur ἀναθεῖνας χαριστήριον, etiam alibi occurrit in titulis non ita vetustis, ut in Halicarnaseo C. I. 2663. εὐχαριστῶν κυρίας Νεμέσσειν. cf. n. 131. Ceterum novicium esse titulum ex vulgari, quam refert, dialecto apparet. De aliâ suspicione minus gravi vid. Boeckh. ad h. l. p. 51.

## 35.

In arâ rotundâ bacchicâ, anaglyphis priscoe fabricae pompam bacchicam exhibentibus insigni, Wiltoni in Museo Pembrokiano. Dedit Murator. IV. Append. p. MCMLXXXIX. 5. Meliora apographa sunt ap. Kennedy (Description of the antiquities and curiosities in Wiltonhouse, p. 5.) et in Archaeol. Britann. I. p. 155. Cf. Rose, Inser. vetust. tab. LII. p. 334. Boeckhio praeterea usus est apographis Spikeri et Mülleri. Textum vid. in margine.

Universus titulus uno versu continuo aram cingit. Interpunctiones Müllerus nullas, Murator. et Spiker. inter voces binas quasque habent. Kennedy et Pegge in Archaeol. Britan. eas praebent, quas cum Boeckhio reddidimus. Litterae sane priscoe sunt. Lambda ex apographis Mülleri et Spikeri idem est illi, quod in titulo praecedente vidimus, non multum dissimile litterae sigma. Litterae ξῖ formam I diserte offerunt. Kennedy, Pegge, Müller. Quamquam Spiker. dedit Ξ, Mu-

ΒΑΚΧΕΥΤΟΡΑΙΑΝΘΟΚΑΡΕΝΟΝ

ΜΕΛΤΟΜΕΝ: ΔΙΟΝΥΣΟΝ ΜΑΝΘΕΟΝ ΟΡΡΟΝ:

rator. Ξ. Quodsi genuina est forma Ι, titulum cum nummis recentioribus composuerim, in quibus ξ̄i hâc formâ exaratur (v. Eckhel. Prolegg. I. p. Cl. cf. Schlaeg. de num. Alex. 55. Torremuzza, Cl. 16. n. 6.). Boeckhio certe consensus ille plurimorum in Ι probabile reddit in huius inscriptionis alphabeto Ι fuisse ξ̄i, ut pro ζ̄ητα scriptum fuerit Ζ. Ἦτα vocalem Spikeri apographum praebet in voce ξανδοκάρηνον; ceteri constanter Ε, quod utique scripturae Ο pro Ω in primâ voce magis convenit. Verba aperta sunt:

Μέλπωμεν Διόνυσον ἀγλαόμορφον βακχεύτορα ξανδοκάρηνον.

Quae ex poetâ videntur petita, fortasse antiquiore, unde illa epitheta hauserit bacchici hymni auctor in Anthol. Jacobs. III, p. 217. II. p. 185. ubi, quidquid in hâc inscriptione inest, reperias. Quamquam Boeckhio hic titulus ex bacchico isto hymno fraude confictus esse videbatur.

### III. DE TITULIS SPURIIS.

Praeter titulos, quos hac appendice antiquioris fraudis nomine notavimus, satis ampla exstat copia inscriptionum, quae, priusquam rector harum rerum via a subtilioribus ingeniis monstrata est, diu summae vetustati affingebantur. In monumento antiquo fictus est titulus Musei Borbonici olim Puteolani: τῇ Ἑλλάδι τὸ τρίπαιον ἐστάθη κατασκευθέντων τῶν Καρυατῶν. In ficto monumento fictum titulum ex Mediceis cimeliis affert Maffei Crit. lapid. 79. Eiusdem generis multi sunt sub statuâ et protomis scripti. Ex insigni autem officinâ sunt inscriptiones viginti sex a Fourmonto ex Peloponneso reportatae. Quae utrum a Fourmonto ipso an ab aliis sint confictae, nos iam non inquiremus; quamquam post curas Boeckhii illud est probabilius. (\*) Etenim Fourmontus integros titulos protulit, qui non solum remotissimae aetati tribuuntur, sed etiam a Spartanis illitteratissimis et vel paucissima loquentibus profecti esse dicuntur. Atqui, qui Lycurgi instituta omnia litteris concepta antiquitus fuisse putent, pauci hodie reperientur. Nec, nisi regum regiarumque familiarum catalogos (Plutarch. Agesil. 19.), oraculorum a regibus custoditorum tabulas (Plutarch. adv. Colot. 17. coll. Herodot. VI, 57.), et quattuor rhetras antiquissimas ex priscâ aetate memoratas (vid. Müll. Dor. I. p. 134. sq.) videmus, in quibus rhetris ipsis inerat

(\*) Quam perite Boeckhii in his rebus versatus sit, vel ex eo intelligi potest, quod, quas inscriptiones Fourmontianas pro veris habuit, eae iam maximam partem ab aliis iterum et reperiantur in Graeciâ et repertae sunt, quas pro falsis, nusquam ab ullâ. V. Rofs. Inscr. gr. inedd. I. p. 15.

μὴ χρῆσθαι νόμοις ἐγγράφοις. Accedit quod in illis titulis fingendis tantum erratum est et ad palaeographiam et ad historiam et ad dialectum, ut nihil umquam possit perversius excogitari. Tituli hi in Corp. Inscr. n.44-69. exhibentur, ex quibus potissima profligabimus, ne in quisquiliis dinumerandis frustra tempus conterere videamur.

## 36.

In Fourmontianis sine loci notitiâ. Ex rudibus templi Apollinis Amyclaei petatum esse titulum censet Barthelem. qui edidit Mém. Acad. Inscr. XXIII. tab.1. ad p.421. et explicuit. Ex Barthelem. dedit D'Hancarville Recherch. II. tab.25. Knightius tab.III. et vulgaribus litteris hanc et sequentem inscriptionem repetiit Lanzi, Saggio di lingua Etr. I. p.95. sq. cum speciminibus scripturae tab. I.

[Textum vide pag. seq. interpositum]

Ματρες και κουραι του Απολλωνος και ετ[εα τον] ματερον Ακακαλις Ακρατου μα-  
τεερ Δ. Δεσροπα Οκσυλου κουρα Αμυμονεε Διαλκεος ματεερ ΔΙΙΙ. Γναθο Λασιου  
κουρα Λαοδαμεια Αμυκλα βασιλεος ματεερ ΙΙΙΙ. Γναθο Λασιου κουρα Α[αρι]σα  
Αδσα[νος] ματεερ ΔΔΔΙΙ. Ιασις Ιασου και Π...οσε Ακαστου κουραι Λαοδαμεια  
Αργαλου ματεερ ΔΙΙ. Καλιστο Θεοπομπου κουρα .....εα Αρχεδαμου ματεερ Γ.  
Κλιο Αριονος κουρα Καλλιροσε Αδραστου ματεερ ΔΔΔ. Ακακαλις Θεοκλεος κουρα  
Δαμονασσα Αστεριονος ματεερ ΔΔΔΔΓΙΙΙΙ. Ανατο Αριστοβουλου κουρα Χθον[ια]  
Πολυδορου ματεερ ΔΔΔΔΓΙΙ. Πρηκρις Πολυμεστορος κουρα Ασια Πολεμαρχου  
ματεερ ΔΔΔΙΙ. Πολυδορα .....

Scriptura est *Βουστροφηδὸν* exarata, incipiens a dexterâ; sed tertio versu post indicem incipit novus ordo a sinistrâ. Rursum v.5. nova series a dexterâ orditur, itidemque deinceps novi articuli omnes a dexterâ ordiuntur, etiam ubi ex ordine versuum contrariam rationem exspectaveris, ut vs.10. 13. vs.14. pr. nota Ε inversum. Sed haec quidem non nimis premenda sunt.

Litterarum formae (fere mediae antiquitatis) aliquoties variantur, ut K et ε, V et Υ, Γ et Π vs.21. Rotundatum K nondum repertum est in ullo genuino monumento, nisi cum Boeckhio ad foedus Graecum provocaveris, in quo C pro K scriptum fuisse Scaurus tradit p.2253.; habet tamen aliquam cum Caph Phoenicio similitudinem, ubi crura non in unum punctum coeunt (Ϟ), ex quo expressa forma antiquissima Ϟ est, in titulis Theracis obvia (n.1-20.). Litterae Θ forma quadrata cum rotundâ composita in titulo antiquiore fortasse non offendit. Nam titulus C. Inscr. n.1037. a Fourmonto transscriptus habet quo defendatur tit. Rossian. (Inscr. gr. inedd. n.33.). Quamquam formae quadratae Ϟ Ϟ Ϟ (pro Θ Ο Σ) in titulis Ro-

ΟΣΣΟΤΑ ΝΟΤ ΙΑΔΥΟΨ ΙΑΨ ΖΕ ΑΕΤΑΜ  
 ΝΟΣ ΚΑΙ ΕΤ . . . . . ΜΑΤΕΡΟΝ  
 ΑΦΑΚΑΛΙΣ ΑΚΡΑΤΟΥ ΜΑΤΕΡ Δ  
 ΑΔΥΟΨ ΝΟΥΖΟ ΑΓΟΡΕΑ  
 ΑΕΤΑΜ ΖΟΚΕΛΙ Δ ΕΞ ΜΟΜΜΑ  
 Δ ΙΙΙ ΛΝΑΘ ΛΟΙΖΟΝ ΚΟΥΑ  
 ΖΑ Ψ ΑΨΜΑ ΑΞΕΜΑ ΔΟΑ Δ  
 ΙΖΕΟΣ ΜΑΤΕΡ ΙΙΙ ΛΝΑΘ . . . ΖΙΟΝ  
 ΚΟΥΑ Δ  
 ΙΙ Δ Δ Δ ΑΕΤΑΜ . . . . ΑΖ Δ Α Ζ . . . Δ  
 ΙΑ Ψ Ψ ΙΑ Ψ ΟΝ ΚΑΙ Π . . Ο Ε Ε ΑΦΑΨΤΟΝ  
 ΚΟΥΑ Δ  
 ΕΤΑΜ ΝΟ Δ Α Λ Δ Δ Δ Ψ Ε Μ Α Δ Ο Α Δ  
 Ε Δ ΙΙ ΚΑΛΙΣ ΤΟ ΘΕΟ Π Ο Μ Π Ο Υ ΚΟΥΑ Δ  
 Π Α Ψ Ε Τ Α Μ Ν Ο Μ Α Δ Χ Δ Δ Δ Ε . . . . .  
 Κ Λ Ι Ο Α Ρ Ι Ο Ν Ο Ψ ΚΟΥΑ Δ  
 Δ Δ Δ Α Ψ Ε Τ Α Μ Υ Ο Τ Ζ Δ Δ Δ Ε Ψ Ο Δ Ι Ψ Δ Χ  
 Α Φ Α Κ Α Λ Ι Ψ Θ Ε Ο Κ Λ Ε Ο Ψ ΚΟΥΑ Δ  
 Α Ψ Ε Τ Α Μ Ζ Ο Ν Ο Ι Α Ψ Τ Ζ Α Α Ψ Δ Μ Ο Μ Α Δ  
 Δ Δ Δ Δ Γ Ι Ι Ι Δ Ν Α Τ Ο Α Ρ Ι Ψ Τ Ο Β Ο Υ Λ Ο Υ ΚΟΥΑ Δ  
 ΙΙ Π Δ Δ Δ Δ Α Ψ Ε Τ Α Μ Υ Ο Δ Ο Δ Ν Δ Ο Π . . Ι Ο Θ Χ  
 Π Ρ Ο Κ Ρ Ι Ψ Π Ο Λ Υ Μ Ε Ψ Τ Ο Δ Ο Ψ ΚΟΥΑ Δ  
 ΙΙ Δ Δ Δ Δ Α Ψ Ε Τ Α Μ Ν Ο Χ Δ Μ Ε Ι Ο Π Δ Ι Ζ Α  
 Π Ο Λ Υ Δ Ο Δ Α . . . . .

5

10

15

20

verba apologetica *dedόχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ* ponitur, (\*) ut n. 63. (C. I. 107. cf. ibid. 108. 109. 112. 120.) n. 71., vel in fronte decretorum actorumque publicorum, ut n. 78. C. I. 1693. Cf. ibid. 1710. 1732. 1751. 1755. 1771. 1772. 1773. 1840. — sed etiam passim, praesertim aetate Romanā, in titulis honorariis C. I. 316. 372. 377. 395. 406. 420. 448. 1059. 1062. 63. 1624. 1718. 2022. 2024. 2056. 2089. 2091. 2099. 2124. 2154. 2185-2187. 88. 2190. 2193. 2464. 2804. 2883. 2888. etc. in titulis dedicatoriis, C. I. 464. 489. 1598. 2038. 2047. 2054. 2067. 2069. 2070-76. 2078-80. 2084. 2505. 2744. 2865. 2963. etc. in catalogis prythanum C. I. 189. 190. 191. 192. 193. 196. 200. in catalogis agonisticis C. I. 246. 273. 274. cf. 269. in titulis sepulcralibus C. I. 2116. 2926. 2969. 2963. 3003. etc. (\*\*)

## A. DE PRAESCRIPTIS ACTORUM ATTICORUM.

1. In decretis et actis Atticis ante Euclidem archontem exaratis annus plerumque ex archonte eponymo et primae prythaniae scriba designatur:

*Ἐπὶ Ἀψίδου ἀρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς ἢ ὁ δαίνα πρῶτος ἐγγραμμάτευεν* C. I. 74. cf. ib. 81. 147. 160. (\*\*\*)

Post annum designatum formulae decreti fere vacuo spatio separatae apponuntur, ut C. I. 81. caeque minoribus litteris, ut ibid. 78. Dein quid decretum sit, interiecto spatio exponitur, C. I. 74. Decreti autem formula haec est:

*Ἐδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ (+) ἡ δαίνα φυλὴ ἐκρυτάνειεν, ὁ δαίνα ἐγγραμμάτευεν, ὁ δαίνα ἐπιστάται, ὁ δαίνα εἶπεν*

C. I. 74. ex Ol. 86, 4. n. 76. ex Ol. 90, 2. cf. ibid. 73. 78. Aristoph. Thesmoph. vs. 372. ex Ol. 91, 2. et decreta servata ap. scriptores, ut Thucyd. IV. 118. ex Ol. 89, 1. Andoc. de Myst. p. 47. ex Ol. 92, 3. ubi *συνέγραψε* pro solito *εἶπεν* et ibid. p. 39. ex Ol. 94, 2. ubi deest prythania et scriba, quod res non iam in pristinum ordinem redactae essent, vel quod a scriptore, qui excerptis, ommissa formula integra est (v. Schoemann. de Com. Ath. p. 132.). Simile decretum illud fuisse videtur, cuius mentionem facit Polemo ap. Ath. VI. p. 234. E. Preller. Polem. fragm. p. 117. Denique comparabis Senatusconsultum ex Ol. 92, 2. ap. auct. Vitt. X. Oratt. inter Plutarchea p. 225. ed. Tub. *ἔδοξε τῇ βουλῇ, μιᾷ καὶ ἐπιστῇ τῆς πρυτανίας, Δημόνικος Ἀλωπεκῆθεν ἐγγραμμάτευε, Φιλόστρατος Παλληνεὺς ἐπιστάται, Ἄνδρων εἶπεν* ubi omissum nomen est tribus πρυτανειύσης (h. l. Ἀπιοχθίδος), sed additur prythaniae dies, qui alias omitti solet.

(\*) Aliquoties *τύχη ἀγαθῇ* ut C. I. 378. 2525. vel *τύχη τῇ ἀγαθῇ* ut C. I. 2330.

(\*\*) In titulis sepulcralibus pro *ἀγαθῇ τύχῃ*, praesertim in Mylasensibus, simili sensu habetur *ἀγαθῷ δαίμονος τοῦ δαίνο* C. I. 2684. 2700. 2700. 2707-2710. cf. *ἀγαθῆς μεταβολῆς* C. I. 2686. Recentioris usus est formula *ἐπὶ ἀγαθῷ* in fine vel initio titulorum quum sepulcralium (v. tit. Rom. ap. Osann. Syll. p. 564.) tum votivorum (C. I. 2392. cf. tit. Nub. ap. Gau, Ant. de la Nub. Inscr. tab. X. n. 27.) praesertim in *προσκύμασιν* Aegyptiacis. Cf. Boissonad. Adnot. in Euzep. p. 338.

(\*\*\*) De scribā, cuius tanta auctoritas fuit, ut ex eius nomine (vel omisso archonte) annus designaretur, v. Boeckh. Comm. de archont. Att. pseudopp. p. 25.

(+) Alias etiam concisus *ἔδοξε τῷ δήμῳ*. v. Occun. civ. Ath. II. p. 199. Interdum, praesertim in foederibus cum exteris gentibus, formula incipit: *ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ τῷ Ἀθηναίων*. C. I. 74. et Add. 73. et 77.



2. Atque eadem forma decretorum primis post Euclidem annis obtinuit, ut docet C. I. 81. quod est decretum solius Senatus:

Ἐπὶ τοῦ δεινὸς ἀρχοντος καὶ ἐπὶ τῆς βουλῆς ἢ πρῶτος Εὐδράμιον ἐγραμμάτευεν Ἀρχερδαίσιος ἔδοξε τῇ βουλῇ Πανδίωνος ἐπρυτάνειεν, Εὐξίβιος ἐπιστάτας, Εὐδράμιον ἐγραμμάτευεν Ἀρχερδαίσιος ὁ δεῖνα εἶπεν. (\*)

Mox formulā mutata post archontis nomen prytania designabatur et quota ea sit in ordine prytaniarum, plerumque cum scribā, dein mensis dies et prytaniae, demique epistatae et latoris nomina. Ubi Senatusconsultum a populo comprobatum erat, praeter nomen eius qui exposuerat, adscribebatur formula: γνώμη βουλῆς καὶ δήμου, γνώμη βουλῆς (v. Demosth. Cor. p. 205. 282. cf. Schoemann. Com. Ath. p. 100. sq.). Similiter ubi ex alio magistratus auctoritate facta rogatio est, magistratus notatur, ut στρατηγῶν γνώμη (v. Demosth. Cor. p. 238. 249.). Addebatur etiam formulā ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ (C. I. 111. 113.) vel ἔδοξε τῷ δήμῳ (n. 69. C. I. 112.), et post temporis designationem interdum ἐκκλησία (n. 69. C. I. 105.), ἐκκλησία κυρία (C. I. 111.), et in comitiis extraordinariis ἐκκλησίας συγκλήτου etc. (Demosth. Cor. p. 238. 249.); nonnumquam locus ipse definitur, ut ἐκκλησία ἐν τῷ θεάτρῳ (C. I. 113. 122.), ἐκκλησία ἐν Πειραιεῖ (ib. 112.), βουλὴ ἐν βουλευτηρίῳ (n. 71.).

Formula igitur brevior haec est ex Olymp. 102, 4. C. I. 85. in Add.

τοῦ δεινὸς ἀρχοντος (\*\*), ἐπὶ τῆς δεινὸς φυλῆς δεκάτης (vel simil.) πρυτανείας, (\*\*\*) ἢ ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν, τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν ὁ δεῖνα ὁ δεῖνα εἶπεν.

prolixior autem et vulgaris haec ex Olymp. 106, 2. C. I. 90.

ἐπὶ τοῦ δεινὸς ἀρχοντος ἐπὶ τῆς δεινὸς φυλῆς πέμπτης (vel simil.) πρυτανείας, (+) ἢ ὁ δεῖνα ἐγραμμάτευεν, τρίτη (vel simil.) τῆς πρυτανείας, τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν ὁ δεῖνα. ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ὁ δεῖνα εἶπεν.

ex Olymp. 116, 3. C. I. 105.

ἐπὶ Νικοδώρου ἀρχοντος, ἐπὶ τῆς Κερκεπίδος ἕκτης πρυτανείας, Γαμηλιῶνος, ἐνδεκάτη, ἕκτη καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, ἐκκλησία τῶν προέδρων ἐπεψήφισεν Ἀριστοκράτης Ἀριστοδήμου Οἰπίσι καὶ συμπρόεδροι, Θρασυκλῆς Ναυτικράτους. Θριάσιος εἶπεν.

cf. C. I. 96. ex Ol. 111. dein decretum in honorem Spartoci n. 69. (C. I. 107.) ex Ol. 123, 3. tum C. I. 111. ex Ol. 123, 2-145, 1. et ib. 122. ex Ol. 145, 4-155, 3. cf. n. 71. De prytane autem et de proëdro non contribuli v. p. 183. et Boeckh. ad n. 90. 96. 105. 111. 112. Schoemann. de Com. Ath. p. 135.

Post haec solemnia praescripta sequitur decretum ipsum, cuius verba ita subiiciuntur, ut nunc statim sequatur infinitivus aptus ex praegresso εἶπεν, ut C. I. 74. Συμμαχίαν εἶναι Ἀθηναίοις καὶ Ῥηγίνοις. n. 53. ἀποδοῦναι τοῖς θεοῖς τὰ χρήματα (cf. C. I. 90. 105.),

(\*) Singularis est hic collocatio vocis πρῶτος. De collocatione Εὐδράμιον ἐγραμμάτευεν Ἀρχερδαίσιος cf. supra p. 75. De scribā v. Boeckh. ad h. l.

(\*\*) Dicitur et τοῦ δεινὸς ἀρχοντος, et ἀρχοντος τοῦ δεινὸς, plerumque ἐπὶ τοῦ δεινὸς ἀρχοντος vel ἐπὶ ἀρχοντος τοῦ δεινὸς. Cf. Bing. de decr. Ath. c. VII.

(\*\*\*) Dicitur et πρυτανείας φυλῆς Ἰπποθωνίδος, Demosth. Cor. p. 250.

(†) Dicitur etiam Κερκεπίδος πρυτανείας πρῶτης. C. I. 160. cf. supra p. 146.

nunc, quod etiam frequentius, praesertim in decretis honorariis, protasis incipiat ab *ἐπιδή* —, cuius apodosis est *δεδοχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ* C.I. 77. vel *δεδοχθαι τῷ δήμῳ* n. 69. C.I. 112. 113. vel *δεδοχθαι τῇ βουλῇ* n. 71. C.I. 115. (\*) Postremo Senatusconsultis et populiscitis quae sententiae singulorum, ut ait Plato, *τῶν ἐν τῷ δήμῳ ζυγγραφομένων* additae sunt, in iis formula initialis haec est: *ὁ δαίνα εἶπεν· τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ τῇ βουλῇ* (sc. *δικαι*) n. 59. ex Olymp. 100, 4. vel *τὰ μὲν ἄλλα καθάπερ ὁ δαίνα* C.I. 87. ex Olymp. 101-103. cf. ibid. 92. 106. Hinc explicanda verba sunt Platonis Gorg. p. 451.

3. Haec edocti ex inscriptionibus lapideis, testibus locupletissimis, non est cur commoremur in decretis iis, quae in orat. Demosth. de Cor. servari voluit doctus Graeculus. Nam horum ne de archontibus dicamus, de quibus optime disseruit Boeckh (cf. Spengel. Mus. Rhen. II, 3. p. 67. sqq. a quo tamen quaedam sunt optata potius quam demonstrata), quum alia multa in formulis citra morem aetatis illius exponuntur, ut *ἀρχων Δαμόνιος Φλυεύς* p. 265. cf. p. 279. et *ἐπὶ Χαϊρώνδου Ἠγέμονος ἀρχοντος* p. 253. (\*\*\*) tum et scribae nomen negligitur, quod in lapidibus deest rarissime, et *τοῦ ἐπιψηφίσαντος*, quod vix usquam. V. Boeckh. l. c. et Schoemann. de Com. p. 133. sq. Hinc apparet, praescripta illorum decretorum neque integra et invitâ Minervâ reddita esse ab eo qui confecit, ut praescriptorum rationem qui velit ex istis cognoscere, longe aberrare a vero videatur. Nec dubitamus, quin in lapidum decretis, quae a republicâ vel ab universitatibus facta sunt, archon eponymus, ubi deest (C. I. 76. 86-89. 82. 88. 214. 99. 101. 102. 120. 213.), non aliam ob causam sit omissus, quam ob eam ipsam, quae fraudem fecit illi, qui decreta orationis Demostheneae exscripsit et collegit. (\*\*\*)

4. Nam in decretis ubi annus non notatus est, puta notum esse aliunde quippe in actis in tabulario repositis designatum, ut C. I. 76. et post Euclid. ib. n. 86. Cf. C. Inscr. in Add. ad n. 11. Contra in tabulis Quaestorum Minervae ante Euclidem exaratis archon eponymus non perscribitur. Harum tabularum rationem paucis delineavimus ad n. 54. ubi vidimus solemnia praescripta: *Τὰδε παρέδσαν αἱ τέτταρες ἀρχαί, αἱ εἰδίδσαν τὸν λόγον ἐκ Παναθηναίων εἰς Παναθήναια.* His quae deinceps adduntur, modo brevior formula sunt modo proluxiore concepta; et proluxior quidem ea est, qua primo loco ultimi quaestores ponuntur penteteridis prioris, qui tradiderint primis quaestoribus eius cycli, cuius hae rationes sunt; dein hi ipsi dicuntur successoribus tradidisse donaria (C. I. 138.). Contractior autem formula est ea, qua, omissâ prioris magistratus designatione, dicitur *τοῖς τα-*

(\*) Huic formulae in decretis honorariis praemitti solent hortativa quaedam, haud raro interposito *ὄν* (cf. ad 3048.), ut *ὅπως ἀν ὄν φαίηται ὁ δῆμος χάριτος μεμημένος* etc. n. 69. *ὅπως ἐφάμλλον ἢ πᾶσι τοῖς βουλομένοις φιλοδοξεῖν, εἰδέναι ὅτι καταξίως τιμηθήσονται τῶν εὐεργετημάτων*, C. I. 108. Cf. ibid. 100. 120. 2270. 2525. b.

(\*\*) Archontibus atticis nec patris nec demotietum nomen additur, sed, ubi distinguuntur, propter homonymos distinguuntur addito antecessoris nomine, *ἐπὶ τοῦ δαίνα τοῦ μετὰ τὸν δαίνα* (v. C. I. 113.); ne hoc quidem in titulis praesentis necessitatis causa compositis, ut C. I. 103. de quo monuit Boeckh. in Comm. de Arch. pseudolepp. p. 18. Nec nominativus aliis exemplis defendi potest quam Romanis. Cf. Allg. Litterat. Zeit. Nov. 1838. p. 355. sq.

(\*\*\*) Idem existimandum de aliis decretis ap. scriptores servatis, ut ap. Pseudoplutarch. Vitt. X. Oratt. p. 225. ed. Tub. Andoc. de Myst. p. 47.

*μίαισι* v. *ταμίαισι*, ut suppleendum sit *οἱ πρότεροι ταμίαι τοῖς ταμίαισι*, et statim additur primi in penteteride anni magistratus, ut qui acceperit et accepta successoribus tradiderit (C. I. 141. coll. 137. 139. 140. 142.). Deinde in singularum capite annuarum recensio[n]um rursus designantur magistratus et qui tradiderint et quibus traditam sit et a quibus tradentes acceperint, addito nomine aut solius scribe aut quaestoris unius, qui primus quaestorum prytanis est, hoc est qui eo anno primum praefuit collegio. Horum autem prytania haud dubie diurna fuit ut praetorum (*στρατηγῶν*). Et prytaniarum quaestoriarum ordo non ex constanti tribuum ordipe, sed ex variabili, qui in Senatus prytaniis obeundis quotannis obtineret, constitutus videtur (v. ad n. 58. C. I. n. 150.). Postremo iis annis, quibus recens addita accesserunt (*ἐπίτεια*), haec ipsa adscripta sunt, praemissâ aut longiore formulâ: *ἐπίτεια ἐπεγένετο ἐπὶ τῶν ταμιῶν, εἰς ὃ δεῖνα ἐγραμμάτευσεν* (C. I. 137. 139. 140, ann. 2.), aut breviorē: *ἐπίτεια ἐπεγένετο* (C. I. 138. ann. 1. n. 140. ann. 3. et constanter n. 140. 141. 142.).

Post Euclidem autem et pro uno quaestore aliquoties omnes nominantur (v. n. 58.) et ordo quaestorum constantem tribuum ordinem sequitur. Quumque ante Euclidem secundum quadriennia compositae rationes sint, post Euclidem annuae sunt: unde etiam archontis eponymi mentio (v. 58. coll. C. I. 151.). Denique in rationibus expensarum a quaestoribus factarum (C. I. 147. 144.) tabulisque epistatarum operum publicorum (C. I. 160.) eadem fere quae in decretis temporum notatio est.

Restat ut de actis universitatum et collegiorum videndum sit. Ex his quae notatione temporis instructa sunt, archontem eponymum in fronte gerunt ut C. I. 85. 109. addito etiam demarchi nomine, ut in locatione Piracensi n. 66. In decretis autem tribuum etiam concio tribus notari solet, cuius proprium in universitatibus nomen *ἀγορά*, ut *τῇ κυρίας ἀγορᾷ* C. I. 85. ex Olymp. 101, 1. Reliquae formulae suppetes sunt iis, quas ex actis Senatus et populi cognovimus, ut *ἔδοξεν τῇ Κεκροπίδι φυλῇ — ὃ δεῖνα εἶπεν· ἐπειδὴ — ἐπαίνεσαι* — C. I. 85. *ἔδοξεν τῇ Πανδιανίδι φυλῇ· ὃ δεῖνα εἶπεν· ἐπαινεῖσαι* — C. I. 213. *ἔδοξεν Πλαθειῦσιν· ὃ δεῖνα εἶπεν· τοὺς μὲν ἀρχοντας κωαρμύειν* etc. *ibid.* 82. *ἔδοξεν τοῖς τοῦ δήμου συλλογεῦσιν· ἐπειδὴ — δεδόχθαι τοῖς τοῦ δήμου συλλογεῦσιν* C. I. 99. vel omissâ formulâ *ἔδοξεν* — C. I. 88. *Εὐθήμων εἶπεν· — δεδόχθαι τοῖς δημοταῖς* — *ib.* 102. *Καλλιάρχης εἶπεν, ἐψηφίσθαι Περραιῶσι* — Cf. C. I. 89. 101. 109. 120. 214.

#### B. DE PRAESCRIPTIS ACTORUM EXTERARUM GENTIUM.

1. In decretis doricarum et ionicarum gentium anni item ex archonte eponymo designantur. Sed quemadmodum variari in magistratus denominatione potuit, ita difficilior de his quaestio est, praesertim quum et pauci tituli supersint ex aetate civitatum liberarum, et plures recentiores quam vetustiores. Accedit, quod in tantâ rerum obscuritate, quid simpliciter, quid pro argumento rei, qua de agitur, praescriptum sit, non ubique licet definire.

Itaque neque omni in civitate neque omni tempore archontes eponymi eodem nomine appellantur. Ut mittamus populos qui atticis institutis utuntur, ut Delii, Ἀρχων eponymus est Boeotus C. I. 1564. 1565. 1608. 1609. 1562. 1563. a. b. c. etc. ubi is a Boeotarchâ et a foederis archonte distinguendus est (v. Boeckh. *Introd. in Boeot. c. II. 4.*); Phocensibus,

ut Delphis C.I. 1699. 1709. 1701. 1704-1706. 1709. Ross. Inscr. inedd. I. n. 67. ubi olim certe usque ad Ol. 165. prytanis eponymus fuit (Müller, Dor. II. p. 135. 182.), et Daulide C.I. 1725. Ross. l.c. n. 81. et rursus C.I. 1732, ubi duo archontes memorantur ut praesides collegii sicut Ambrysei ib. 1736. et Stiride ib. 1724. b. quorum alter fortasse proprie eponymus est, aliter βούλευτος, id quod innuere videtur C.I. n. 1725. Similiter tres archontes praescripti Thaumacis in Thessalia C.I. 1771-1773. et Thas. ib. 2181. cf. ib. 2092. 2093. 2059. 2457.

Δαμιωργοι eponymi sunt Thessalis (v. n. 23. et Boeckh. ad n. 4.), Achaeis C.I. 1542. 1543. 1567. Cnidiis ib. 2653. 2654. — Ἐφόροι Spartanis (Thuc. V. 19. cf. Pausan. III. 11. 2.) eorumque colonis, ut Theracis C.I. 2448. cf. 2449. et Heracleensibus (v. tabb. Heracl. ἐπὶ ἐφόρου). In titulis Laconicis aetatis Romanae eponymus est πατρονόμος (vid. C.I. I. p. 605. sq.). De archontibus Theracis aetate Imperatorum cf. C.I. 2457. — Κόσμοι Cretensibus C.I. 2554. sqq. — Πρύτανις prytanum princeps eponymus est Corcyraeis etiam Macedonica aetate C.I. 1845. 1847. cf. Müll. Dor. H. p. 135. id. Rhodiis C.I. 2530. etc. et ionicis civitatibus, quibus is ex vetusto instituto princeps est τιμούχην (v. C.I. 3014. 3064.). Certe in titulo Teio C.I. 3065. πρύτανις nominatur. Similiter in Samo C.I. 2905. Lebedi ib. 2909. Ephesi ib. 2955. 2992. Alias eponymus στεφανηφόρος est, ut Smyrnae C.I. 3137. ex Ol. 134. (cf. C.I. 3173.), Iasi C.I. 2671. b. 2771. 2673-75. 2679. Teni ib. 2330. 2333. 2337. ubi memoratur ὁ ἀρχων τὴν στεφανηφόρον ἀρχὴν, Mileti C.I. 2852. sq. Prienae C.I. 2905. Aphrodisiade C.I. 2826. 27. 2834. sq. Mylasis C.I. 2693. c. d. (cf. 2693. σ. 2713. 2714. et ad 2694.) in rebus, ut videtur, ad commune pertinentibus. Nam alias ex Regis anno et Cariae dynastâ tempora definiuntur Mylasensibus ut n. 73. cf. C.I. 2692. 2919. (\*) Denique στεφανηφόρος est Stratoniaceae C.I. 2715. et apud Phocaeenses et Massilienses C.I. 3113. cf. 3415. Ex naufragio archontum eponymorum praeterea supersunt ἱππάρχης Cyzici C.I. 2157. ναύαρχος Abydi ib. 2160. ἐπιστάτης Sigei v. Chish. Ant. As. p. 50. ubi praescriptus est ὁ ἐπιμηνησιών (cf. C.I. 2448.) πολιτάρχης Thessalonicae C.I. 1867. ac, ni fallor, in insula Paro C.I. 2379. ubi alias ἀρχων habetur, ut in tit. ed. in Act. Acad. Monac. 1835. cf. C.I. 2402. δήμαρχος Neapoli, v. Ignar. de pal. Neap. p. 129. coll. Strab. V. 246. ἀργυροταμίης Apameae in Phrygia.

Sed quemadmodum alius magistratus eponymus foederis est, alius singularum civitatum, ut ap. Bocotos, (v. pagin. praeced.) et apud Aetolos, quorum foederis magistratus στρατηγός est C.I. 1757. 3046. 2350. (cf. 1702. et ad 1694.), singularum civitatum θεωρός, ib. 1758. 2351. pro quo n. 95. (cf. C.I. 1757. b.) theororum scriba nominatur, sic magistratus civilis et sacer hinc inde pro eponymis habentur, ut Acarnanibus (C.I. 1793. a. b. c.) στρατηγός eponymus civilis, ἱερακόλος sacer est. Et collegia quidem sacra constat eponymum sacerdotem praefigere solita esse, ut Amphictyones (Demosth. Cor. 278. 279. cf. C.I. 1688.), ut Heliastas Rhodiorum C.I. 2525. b. ut artifices Dionysiacos ib. 3068. Veram etiam in rebus civilibus sacerdotum eponymorum aliquando dominatur auctoritas, ut, quod dixi, difficilius sit in titulis quibusdam definire, simpliciter illi magistratus, an ratione rei, de qua agitur, pro eponymis sint habendi. Sic

(\*) Στεφανηφόρος eponymus in civitatibus Asiae vel femina potuit esse, ut Aphrodisiade C.I. 2829. 2835. 2840. et Mylasis C.I. 2714. cf. ad 2694. Trallibus ibid. 2927. Smyrnae C.I. 3150. 3173. Πρύτανις mulier est in tit. Phocaeensi C.I. 3415. ubi Boeckh. provocat ad Vandal. Diss. p. 396.

*βασιλεύς* eponymus est Megarensibus C.I. 1052. cf. 1057. certe post Ol. 102, 2. et ante dominationem Romanam; idem Chalcedone, in Megarensium coloniâ, v. Cayl. Rec. II. P. 3. tab. 55. et Samothracae C.I. 2157. 2158. 2159. cf. Liv. XLV. 5.

*ἄρης* (i. e. *ἱερεύς*) Tegeatis C.I. 1513. cf. tit. ex aet. Rom. ap. Ross. l. c. n. 2. et Mantinensem ibid. n. 9. Item *ἱερεύς* Eretriensibus circa Ol. 145. C.I. 2144. cf. fragm. ex ins. Co C.I. 2501. Smyrnae autem C.I. 3137. ex Ol. 134. *ἱερεύς* magistratus sacer est, peculiari de causâ praescriptus. Sic etiam Rhodi C.I. 2905.

*ἀμφίπολος* Syracusanis inde ab Ol. 109, 2. v. Müll. Dor. II. p. 162.

*ἱεραπόλος* Gelensibus v. Maffei Mus. Veron. p. 329.

*ἱεροθύτας* Agrigentinis v. Grut. 401. 1. et Melitensibus, ibid. 400. 8.

*ἱερομνάμων* Byzantiis, v. Demosth. Cor. 255. Polyb. IV. 52. 4. coll. nummis ap. Eckh. II. p. 31. sq. qui in metropoli Megaris Posidonis sacerdos fuit. Müll. Dor. II. p. 168.

*θεοκόλος* Dymaeis in Achaia C.I. 1543. aet. Rom.

*νεωκοίης* Halicarnassi C.I. 2656. et aetate Imperatorum in insulâ Paro C.I. 2396. *ἐπὶ νεωκοῦ*.

2. In decretis igitur, ubi designatur tempus, praescriptum est *ἐπὶ* — *τοῦ δεινός* vel sine praepositione, ut *ἄρχοντος, στραταγέοντος τοῦ δεινός* etc. (\*) et modo archon eponymus solus nominatur, ut in Boeoticis C.I. 1564. 1565. Aetolicis C.I. 1757. 3046. 2351. 3065. 2909. etc. modo cum mense, ut 1608. 1609. 1703. 2693. modo cum τῷ ἐπιφίξειν et mense, ut 1562. 1563. — *ἄρχοντος, μείνος — ὁ δεῖνα ἐπιφίξειν*. cum scriba et mense, ut Iasi C.I. 2679. *ἐπὶ στεφανηφόρου — γραμματέως δὲ — μηνός* —. Cum scribâ et strategis, ut Megaris 1052. *ἐπὶ βασιλέως — ἑγγραμμάτεω βουλῆ καὶ δήμῳ ὁ δεῖνα, ἑστρατήγῳ οἱ δεινός*. — Cum scribâ et quaestore, ut in Locrico 1751. *ἄρχοντος — γραμματέως — ταμία* —. Cum epistatâ, scribâ, mense, ut Iasi C.I. 2677. *ἐπὶ στεφανηφόρου — μηνός — ὁ δεῖνα ἐπιστάται, ὁ δεῖνα ἑγγραμμάτεω*. cf. 2671. 2673-75. Cum pryτανιά, scribâ, mense, ut in Halicarn. C.I. 2656. *ἐπὶ νεωκοῦ — μηνός — πρυτανείας — γραμματεύοντος* —. Cum consiliariis, scribâ, mense, ut in Delphicis nonnullis, C.I. 1699. *ἄρχοντος — μηνός — βουλευόντων τῶν δευτέρων ἑξάμηνον τῶν δεινῶν, γραμματεύοντος τῶν βουλῶν τοῦ δεινός*. cf. 1700. 1701. 1704. 1705. 1706. 1709. 1709. <sup>b</sup> Ross. Inscr. inedd. n. 67. Quippe annus in duo dispertiebatur semestria, quorum singula alios habebant praeter eponymum magistratus, unde formula *βουλευόντων τὴν πρώτην* vel *τὴν δευτέραν ἑξάμηνον* (sc. περίοδον). Delphis consilarii quattuor sunt C.I. 1691. 1695. 1710. Itaque ubi de semestri agitur, ibi tantum duo nominantur consilarii, divisim inter quattuor illos temporibus. Idem obtinet Teni (v. C.I. n. 202-206.) et Cnidi (C.I. 2654.) et in civitatibus quibusdam Siciliae, ut Gelae (v. Maff. Mus. Veron. p. 329.) certe aetate Romanâ. De bularcho in titulis Dauliensibus occupavimus pag. praec. Ceterum haud raro archontibus ratione rei, de qua agitur, alii adscripti sunt magistratus, ut sacerdotes in Boeoticis: *ἱεράδδοντος τοῦ δεινός* C.I. 1568. *ὁ δεῖνα ἱεράδδου* ibid. 1576. *ἱερέως δὲ* — 1570. in Phocico

(\*) Archontis eponymi mentio non semper cadit in principium decretorum; aliquoties addita in fine est, ut in Delphicis C.I. 1691. 1692. in Phocico ibid. 1724. <sup>b</sup> in Locr. ibid. 1752. in Thessalicis ibid. 1771-1773. in decreto Achaeorum ibid. 1542. in Aetolico n. 79. (C.I. 2350.). Etiam in antiquissimo titulo Petil. n. 23. archon eponymus in fine perscriptus est, isque nominativo casu (cf. tab. Heracl. II.).

ἡρατειούσας τὰς θείας ibid. 1725. in Mylasensi *ἱερώς*. ibid. 2693.<sup>a</sup> et in titulis universitatum vel collegiorum, ut in Delphico ap. Ross. l.c. n.70. ἐπὶ Ἀμύντα ἄρχοντος, ἱερομνημονούτων τῶν θείων — cf. C.I. 1694. 1689.<sup>b</sup> Similiter in Samothracio C.I. 2158. ἐπὶ βασιλέως — ἀγορανομοῦντος — aedilis mentio fit, utpote ad quem pertineat operum publicorum refectio, qua de agitur in titulo. Nec cummulata eponymorum mentio exemplo caret praesertim in titulis aetatis Romanae, ut in Cym. C.I. 3524. est: ἐπὶ ἱερώς τὰς Ῥώμας καὶ Αὐτοκράτορος Καίσαρος — Πολέμωνος τοῦ Ζήνωνος Λαοδικέος (i.e. regis), κρυτάνιος δὲ Λευκίω Οὐακκίω — στεφανηφόρου δὲ Στράτωνος τοῦ Ἡρακλείδα, qui titulus pertinet ad a. u. c. 752-767.

3. In actis, quae diversas civitates spectant, duplex est temporis notatio; in quo quidem suam notationem primo loco ponit civitas ea, penes quam est decernendi auctoritas: sic in foedere Atheniensium et Lacedaemoniorum ap. Thuc. V, 19. ἄρχη δὲ τῶν σπονδῶν Ἐφορος Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτη φθίνοντος, ἐν δὲ Ἀθήναις ἄρχων Ἀλκαῖος, Ἐλαφθβολιῶνος μηνὸς ἕκτη φθίνοντος. Sic in titulis Atticis templum Deli liberae spectantibus, C.I. n. 158. ex Ol. 101, 3. Τὰδε ἔπραξαν Ἀμφικτύονες Ἀθηναίων ἀπὸ Καλλίου ἄρχοντος μέχρι τοῦ Θαρηλιῶνος μηνὸς τοῦ ἐπὶ Ἰπποδάμαντος ἄρχοντος, ἐν Δήλῳ δὲ ἀπὸ Ἐπιγένους ἄρχοντος μέχρι τοῦ Θαρηλιῶνος μηνὸς τοῦ ἐπὶ Ἰππίου ἄρχοντος: et §. 4. ἐπὶ ἀρχόντων Ἀθήνησι Χαρισάνδρου, Ἰππιδάμαντος, ἐν Δήλῳ δὲ Παλαίου, Ἰππίου. ibid. ἐπὶ Ἰπποδάμαντος ἄρχοντος Ἀθήνησι, ἐν Δήλῳ δὲ Ἰππίου. §. 7. ἐπὶ ἀρχόντων Ἀθήνησι Καλλίου, Χαρισάνδρου, Ἰπποδάμαντος, Σικρατίδου, ἐν Δήλῳ δὲ Ἐπιγένους etc. cf. §. 8. et §. 9. et actum atticum de templo Deliaco explicatum a Boeckhio in Actis Academ. Boruss. 1834. Sic in decreto civitatis ex cleruchis Atticis in Salamine constitutae C.I. n. 108. post Ol. 123, 3. Ἐπὶ Ἐργονλίους ἄρχοντος ἐν ἄστει, ἐν Σαλαμῖνι δὲ Ἀνδρωνος, Μεταγευτιῶνος τετράδι μετ' εὐκάδας, Θεόξενος Καλλιμάχου Λευκοσεῦς εἶπεν etc. In titulo Delphico C.I. n. 1702. Ἄρχοντος Καλλιράτους, μηνὸς Βουκατίου, ἐν δὲ Λιτωλῖα στραταγέοντος τὸ δεύτερον .... γύρου, μηνὸς Πανάμου etc., et in Amphissensi C.I. n. 1707. (Cf. n. 74. C.I. 1567. 1573. 75. 1607.). Ἄρχοντος Στρατάγου, μηνὸς Ποκίου, ὡς Ἀμφισσεῖς ἄγοσι, ἐν Δελφοῖς δὲ ἄρχοντος Πυρρία, μηνὸς Ἡρακλείου etc. ubi de verbo ἄγοσι Boeckhio contulit epist. Philippi ap. Demosth. de Cor. 280. τοῦ ἐνεστῶτος μηνὸς Δίου, ὡς ἡμεῖς ἄγομεν, ὡς δὲ Ἀθηναῖοι Βοηδρομιῶνος, et similia. Triplex temporis nota est in decretis δίκης ἐκκλήτου de duarum civitatum controversiis, C.I. n. 2265. πέμπτης ἀπιόντος τοῦ Ἰππιῶνος μηνὸς ἐπὶ --- τῶν μετὰ Ἀρχαβίου, ὡς Ἐρετριεῖς, ὡς δὲ Νάξιοι ἐπὶ ἱερώς τοῦ Διοσίου Φιλοκρίτου τοῦ ----- μηνὸς, ὡς δὲ Πάριοι ἐπ' ἄρχοντος etc. cf. ib. n. 2905. I.

4. Post temporis notationem, quae tamen non minus saepe omittitur quam in actis Atticis universitatum et collegiorum factum videmus, formula solemnis sequitur haec:

ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· ὁ δὲ δαίμων εἶπεν· C.I. 2675 Iasi (cf. 2673. ubi om. τῇ β. καὶ). n. 116. Byzant. — C.I. 2053.<sup>b</sup> Mesambr. — 2056. 2056.<sup>b</sup> Odess. — 2058. 2062. 2059 Olb. — 2267 Del. lib. — 2268. 2347.<sup>c</sup> Syr. — 2558 Cret. — vel omisso nomine latoris notatur, ut in Atticis aliquoties, cuius ex auctoritate sit prolata sententia, ut: ἔδοξεν τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· κρυτάνειον γνώμη C.I. 2656 Halicarn. — 2677.<sup>b</sup> 2674 (cf. 2671.) Iasi. — 2329. 2335 Ten. — 2483 (2484. ubi γνώμη) Astypal. — 2671 (ubi γνώμη προστατῶν) Calymn. — ἔδοξε τῷ δήμῳ· στρατηγῶν γνώμη C.I. 3137 Smyrn. cf. 2264 Amorg. — vel transposito nomine latoris: ὁ δαίμων εἶπεν· ἔδοξε τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ· ut C. Inscr. 2352. 2353. 2354-57 Cei (cf. tit. Mylas. C. Inscr.

2693.<sup>c</sup> sq. (\*) et Eretr. 2144. vel omisso, ut ἔδοξε τῆ βουλᾷ καὶ τῷ δήμῳ Θρονίων, C. I. 1751. Locr. Ἐδοξε τῷ δήμῳ τῷ Ἐρχομενίων C. I. 1564. 1565 Boeot. Ἐδοξε τῷ δήμῳ C. I. 2679 Iasi. Ἐδοξε τῷ δήμῳ n. 72. (C. I. 2008.). Ἐδοξε τῷ δήμῳ τῷ Ναυπακτίων n. 79. (C. I. 2351.). Ἐδοξε τῆ βουλᾷ καὶ τῷ κοινῷ τῶν Ἀκαρνάνων C. I. 1793.<sup>a. b. c.</sup> Ἐδοξε τῷ κοινῷ τῶν Ἀχαιῶν C. I. 1542. Ἐδοξε τοῖς κόσμοις καὶ τῆ πόλει C. I. 3048. 3050. 51. 3056. 57. Ἐδοξε τοῖς Αἰτωλοῖς C. I. 2350. Ἐδοξε Μυλασεῦσι n. 73. (C. I. 2691.<sup>c. d. e.</sup>). Ἐδοξε τῆ πόλει τῶν Γερωνθρατῶν C. I. 1334. Ἐδοξε τῆ ἀλίας C. I. 1841-44. Ἐδοξε τῇ ἱερᾷ γερουσίᾳ ibid. 1755. Et in titulis universitatum vel collegiorum: ἔδοξε τοῖς Ἀμφικτύσι C. I. 1689. 1689.<sup>b</sup> ἔδοξε τῇ Ὀτωρικονδῶν φυλῇ C. I. 2693.<sup>c</sup> ἔδοξεν τῷ κοινῷ τῆς Ἐχίνου συμμορίας C. I. 3066. —

Interdum deest formula ἔδοξε etc. praemisso verbis decreti solo nomine latoris, ὁ δὲνα εἶπεν ut in Boeoticis C. I. 1562. 1563.<sup>a. b. c.</sup> 1568. 1570. in Deliaco aet. Att. 2270. ita ut, nisi forte in praemissis habetur alia indicatio, veluti ἐκκλησίας κυρίας γενομένης (n. 73.), ἐκκλησίας γενομένης πανδήμου (C. I. 2059.), ἐκκλησία κυρία ἐν τῷ ἐκκλησιαστικῷ (C. I. 2270.), ἐκκλησία κατὰ τὸν νόμον (C. I. 2261.), ἐγραμμάτευε βουλᾷ καὶ δήμῳ (C. I. 1052. ubi ne latoris quidem nomen additum est,) quo decernente decretum factum sit, ex verbis demum rogationis ipsius appareat, in qua fere sequitur δεδῶχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ vel δεδῶχθαι τῷ δήμῳ, ut C. I. 1570. 1562. 1563.<sup>a. b. c.</sup> 1568. 2671. 2161. δεδῶχθαι τοῖς Αἰτωλοῖς C. I. 3046. etc.

5. Quippe post solemnia praescripta verba ipsius decreti plerumque incipiunt ab ἐπειδὴ (ἐπεὶ, n. 116. C. I. 2059.), sequente apodosi in δεδῶχθαι, vel simpliciter posito (C. I. 2056. 3053. 3137. cf. inscr. Melit. ap. Grut. p. 400, 8.) vel, quod frequentius est, additā auctoritate quae in praescriptis aut exposita est aut indicata. Sic δεδῶχθαι τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ C. I. 2329. 2335. 2352. 2354. 3053.<sup>b</sup> 2268. 2347.<sup>c</sup> 2674. vel δεδῶχθαι τῷ δήμῳ C. I. 2353. 2357. 2267. Cf. 3050. 3051. 3065. 2693.<sup>c</sup> (\*\*\*) vel omissā hac formulā post protiasin (ἐπειδὴ —) infinitivus infertur aptus ex praegresso ἔδοξε vel εἶπεν, ut ἐπαινεῖσαι C. I. 2483. 2484. ἐπηγήσθαι ibid. 2675. ἀποκρίνασθαι ibid. 3048. hinc inde etiam tempus finitum: δίδομεν C. I. 3058. ἀναγράφομεν ibid. 3052. καλῶς οὖν ἔχον ἐστὶ στεφανῶσαι in tit. Gel. ap. Maff. Mus. Veron. p. 329. Omninoque simplicior formula est ea, qua post praescripta statim subsequitur oratio obliqua, ut n. 72. 79. cf. C. I. 2558. 2350. 2351. 2144. 2350. 1542. 1751. 1793.<sup>a. b. c.</sup> 1564. 1565. 1841-44. 1334 (haec post ἔδοξε) — ibid. 1562. 1563.<sup>a. b. c.</sup> 1568 (haec post ἔλεξεν).

Denique simplicissima forma est decretorum, qualis habetur in proxeniis, ὁ δὲνα ἔδωκε τῷ δεῖνι προξενίαν etc. ut in Delphicis C. I. 1691. 1692. in Phocico ib. 1724.<sup>b</sup> in Locrico ib. 1752. in Thessalicis ib. 1771-1773. — in actis de manumissione servorum, ὁ δὲνα ἀφίτη-

(\*) Raro nomen latoris vel τοῦ ἐπιψηφίζοντος genitivis absolutis pronuntiatur, ut τοῦ γραμματέως ἐπίπτος C. I. 2715. — εἰρησαμένου τὸ ψήφισμα τοῦ δεῖος, ἐπιψηφισαμένου δὲ τοῦ δεῖος C. I. 2264. cf. 2059. Olb. Interdum archontes ipsi latores sunt: C. I. 2059. 2058. 2144.

(\*\*) De anacolutho relativo, quod habetur in apodosi loco, ut ἐπὶ δὲ δεδῶχθαι n. 116. ἐπὶ δὲ ἔδοξεν C. I. 2062. cf. Demosth. Cor. p. 289. et C. I. 2059. Levius est οὖν in apodosi loco positum, ut in tit. Gel. supra citato, et in decreto ex coll. Finlay, in quo δεδῶχθαι οὖν τῷ δήμῳ στεφανῶσαι etc. Immo universum decretum incipere ab ἐπὶ οὖν potest, quod a verbis pendeat in rogatione prolatis. Post illud δεδῶχθαι qui sequi solet infinitivus aoristi activi, pro eo rarius perfectum passivi habetur, ut n. 70., n. 116. (cf. C. I. 2053. b. 2056. 2676.).

σιν; ἀναθήσιν, ἀπέδοτο τὸν δαίνα etc. ut C.I. 1698. 1699. 1699. 1700. 1701. 1702. 1704-1706. 1709. 1709. 1710. 1723. 1737. cf. Ross. Insur. inedd. I. p. 73. 74. 81. — in foderibus faciundis *τάδε συνέθεντο* — n. 77. cf. C.I. 2534. — *ἐπὶ τοῖςδε συνέθεντο φίλιαν* — ibid. 3137. — in testamentis *τάδε διάθετο*, C.I. 2448. cf. 1850. et inscr. Petil. n. 23.

## CAPUT II.

## DE CATALOGIS.

Catalogi varii esse possunt. Alii enim agonistici sunt generis et gymnici, alii archontum, prythanum, magistratum; alii res sacras spectant, alii denique militares sunt, qui fere ad titulos sepulcrales referuntur.

1. Quemadmodum Olympici victores (Paus. III, 21. 1. V, 4. 4. 8. 3. VI, 2. 1. 7. 1. 13. 4. 5.), ita aliorum gymnorum ludorum victores inscribebantur tabulis. Etiam poetarum certamina consignabantur ex ordine annorum, fere ut victores Pandionidis C.I. 213. ex quo genere superest fragmentum ib. 231. cf. Boeckh. ad n. 229. Titulos agonisticos monumentis subscriptos, quae dicantur victores, ad honorarios retulimus, ut n. 64. 69. 67. 70. C.I. 211. 212. 215-220. 223. 226. 226. b. 227. 1579. 1588. 2868. Catalogis proprie dictis fere haec formula praescripta est: *ἐπὶ τοῦ δαίνοσ ἀρχοντοσ οἶδε ἐνίκων* C.I. 1583-87. 1613-16. 3091. 2214. cf. ib. 244. 245. 3088. Catalogi gymnici, quibus adolescentes in gymnasiis exercitati inscribereantur, ante Romanam aetatem non confecti sunt. In his trita formula praescribitur: *ἐπὶ τοῦ δαίνοσ ἀρχοντοσ — κοσμητεῦντοσ — παιδοτριβοῦντοσ* C.I. 264. cf. 266. 267-70. 271-274. 276. 282. 285. inpr. 274. b. 287. vel simpliciter *τοῦ δαίνοσ κοσμητεῦντοσ* C.I. 284. et in tit. Nax. ib. 2416. *ἐπὶ γυμνασιάρχου τοῦ δαίνοσ καὶ ὑπογυμνασιάρχου τοῦ δαίνοσ*. Memorabilis est temporis notatio ex epocha Hadriani Athenas profecti C.I. 281. Ceterum huc pertinent catalogi Aphrodis. praemiorum ex ludis reportatorum C.I. 2758. 2759. Tales catalogos in gymnasiis expositos fuisse consentaneum est (Paus. VI, 6, 1.).

2. In catalogis archontum et prythanum aetate Imperatorum exaratis non multa sunt notatu digniora. Ex illo genere est tit. Att. C.I. 181. qui incipit: *ἀρχων καὶ ἱερεὺσ Δρούσου ὑπάτου Ζένων* etc. cf. tit. Lacon. ib. 1237-1296. in quibus eponymus est *πατρονόμοσ*, et Tenios ib. 202-206. quorum initium est: *ἀρχοντοσ τοῦ δαίνοσ οἶδε ἔρξαν τὴν πρώτην ἐξάμηνον*. cf. 2339. Catalogi prythanum Attici (C.I. 184. 185. 186. 189. 190. 192. 194-196.) hanc formulam habent praescriptam: *ἐπὶ ἀρχοντοσ τοῦ δαίνοσ οἱ πρυτάνεισ τῆσ δαίνοσ φυλῆσ τιμησαντεσ ἑαυτοῦσ καὶ τοῦσ ἀεισίτουσ ἀνέγραψαν* cf. ibid. 191. 193.

Ex catalogis magistratum notabile est fragmentum aetatis Demosthenis (Diar. Archaeol. Hal. 1833. n. 5. p. 34.); in quo praescriptum fuit: *τριήμεροσ ἀπεγράφησαν ὑπὸ τῆσ βουλῆσ*; tit. Att. n. 103. cf. C.I. 283. et Messen. n. 113.

3. In reliquis catalogis numerari possunt indices quum eorum, qui pecunias vel alia polliciti essent in opus aliquod publicum perficiendum, ut Smyrn. C.I. 3140. 3144. 3148. etc. tum eorum, qui a deo aliquo curati memoriae propositam rem voluerunt, ut Epidaur. ap. Pausan. II. 27. 3. et alii ad res sacras pertinentes, ut fragmentum genealogiae Hierapytniae



C. I. 2563. familiarum sacrarum ib. 394. 395. sacerdotum Halicarn. ib. 2635. sacerdotum et ministrorum hereditariorum Metrop. ib. 3037. ministrorum sacris operantium Ephes. ib. 2983. νεωποιῶν ib. 2982. munerum mysticorum Thrac. ib. 2052. mulierum et virorum fortasse mysteriis initiatorum Hermion. ib. 1207-1211. denique index Car, ib. 2914, ἱέρεια ἐγένετο Ἀρτέμιδος Λευκοφρυγηῆς — et Sardinian. ib. 3459. Ἀπολλώνιος ἀρχιερεὺς Ἀπολλωνίου τοῦ Θεοφάνου τὴν δεῖνα ἱέρειαν τῆς Σαρδιανῆς Ἀρτέμιδος ἀνῆκεν τοῦ φόρου Ἀθηνᾶς cetera is mire conceptus, ut plurimi tituli Sardiniani.

De praescripto ἀγαθῇ τύχῃ in catalogis v. p. 319.

### CAPUT III.

#### DE TITULIS HONORARIIS DEDICATORIIS VOTIVIS.

1. In honorariis primo loco nominandi sunt tituli eorum, qui coronam vel tripodem vel lampadem vel tale quiddam reportatum, ut honos ipsis decretus palam fieret, dedicabant (cf. n. 58. vs. 30. sq.), addito nonnumquam nomine eius, qui ipsos honorasset. Primaria formula est: ὁ δεῖνα στεφανωθείς ὑπὸ τοῦ δεῖνος ἀνέθηκεν θεῷ. v. C. I. 95. ex Ol. 111, 4. cf. ibid. 179. 2528. 2034. et in agonisticis: ὁ δεῖνα νικήσας ἀνέθηκεν (θεῷ) n. 67. C. I. 224. 237. 1416. 1424. 1425. 1579-81. 1598. 2682. cf. simpliciore catalogorum formulam titt. n. 64. 65. 70. Frequentissima omnino formula est ea, qua indicatur munus, quo quisque fungens honoratus est, ut C. I. 251. ex Ol. 110, 3.

Ἑρμῇ ἠναγωνίῳ Αὐτοσβ[νίδης]  
 Αὐτοσβενίδου Ξυπεταίων ἀνέθηκεν  
 γυμνασιαρχήσας Κεκροπίδι φυλῇ  
 εἰς Παναθήναια τὰ μεγάλα, στεφανω-  
 σάντων τῶν φυλετῶν ἐπὶ Χαιρών-  
 δου ἀρχοντος.

Hinc explicandus est tit. C. I. 128. breviori formulâ conceptus:

[ὁ ἱερε]ῖς Πανδίωνος Ἀντισθένης  
 Ἀντιφάτους Κυθῆριος ἀνέθηκεν.

Οἱ φυλέται.

Et nomen quidem eius, qui quemque honoravit, plerumque in coronâ scriptum est lapidi incisâ, ut C. I. 253. ὁ δῆμος (sc. στεφανοῖ). ibid. 132. ἡ βουλὴ. εἰ φυλέται. cf. ibid. 133. 177. 2219. 2874. 3034. 3073. (\*)

(\*) Cf. coronas decretis subiectas C. I. 100. 2270. 2271. 3079. Similiter C. I. 2097. post tit. honor. ὁ δῆμος Ἀγασικῆ, ut praedicetur, quoties coronatus sit is, qui statuâ honoratur, in coronis scriptae causae sunt honoris, ut στρατηγίασι. ἱερατείασι. γυμνασιαρχίασι. Atque alias praemiis arte effectis inscripta sunt genera victoriae vel ludi vel causae honoris, ut C. I. 236. ἀγωνίου πίναθλον. Ibid. 234. in vase oleario Παναθήναια; in coronâ pineâ Ἴσθμια. in coronâ querneâ Νέμεια. in scuto ἐξ Ἀργους ἀσπίς. Ibid. 2873. προστασία πῶν in coronâ. cf. 2249-52. 1430. 1431. Ceterum coronae aliquando integros titulos praestant, ut C. I. 134. 235. 259. et in decretis ibid. 108. 114. De coronis, quae civitatibus decer-

Vulgarem igitur formulam sequuntur tituli hi: *ὁ δαῖνα γυμνασιαρχήσας ἀνέθηκεν* C. I. 252. 253. cf. 254. 255. 1421. 1517. 2466. — *ὁ δαῖνα θεσμοθετήσας ἀνέθηκεν*, *ibid.* 177. — *ὁ δαῖνα ἀγωνοθετήσας ἀνέθηκεν Ἀπόλλωνι*, *ibid.* 2118. — *ὁ δαῖνα στρατηγήσας καὶ ἀστυνομήσας θεοῖς*, *ibid.* 2524. — *ὁ δαῖνα ἀγωνομησας Ἑρμῇ* in tit. insulae Sicini. v. Ross. Ind. Lectt. Univ. Athen. 1837. 38. — *ὁ δαῖνα ἱεροναμονεύσας* — Ἄπλουσι, C. I. 1766. — *ὁ δαῖνα μναμονεύσας ἀγναῖς θεαῖς*, in tit. Siculo edito a Panofka in diss. de inscr. gr. theatri Syracus. p. 37. etc. Aliquoties res dedicata nominatur: *ὁ δαῖνα — στέφανον Ἀχιλλεῖ Πεντάρχη* C. I. 2080. — *ὁ δαῖνα τοὺς ἱππικοὺς στεφάνους Ἀπόλλωνι Πυθίῳ*, *ibid.* 2248. cf. 250. 243. vel insculpta lapidi est, ut tripus C. I. 2325. Tales tituli plerumque in monumentis vel in basi arae formam repraesentante inscripti sunt vel in columnis basis loco positus, in quibus fuerunt res dedicatae. cf. § 4.

2. Athenis post Solonem Harmodiumque et Aristogitonem primo Cononi urbis restitutori statua posita est. Fabulam de Pindari statuâ convicit Boeckh. ad Pind. II. P. II. p. 18. sq. Item post aetatem Phidiae Plataeis ad pedes Minervae Arimnesti imago fuit, in Marathoniâ et Plataeensi pugna ducis. v. Pausan. IX. 4. Imagines autem honorarias privatorum, qui non sacros ludos vicissent, ante bellum Peloponnesiacum constat fuisse rarissimas. Athenis in honorem civium de patria bene meritorum Hermas decerni solitos esse cum epigrammatis, Aeschines in Ctes. p. 80. Demosthenes adv. Lept. c. 93. Plutarchus Cimon. p. 492. docent; quorum a copia porticus Hermarum nomen traxit *οἱ Ἑρμαῖ* dicta. De formâ quadratâ hermarum cf. Pausan. IV. 33. 4. Sed labente republicâ statuae summâ cum liberalitate decernebantur, eratque earum duplex honor, ut publice darentur, et ut ex pecuniâ essent publicâ. V. Koehler. de honore statuae in Act. Acad. Monac. a. 1816. Saepe enim privatorum, civium locupletiorum, amicorum vel cognatorum impensis, vel ipsorum, quibus is honor haberetur, positae statuae sunt, decreto solum a civitate ornamento. (\*) Etiam iconicae imagines sero in communem usum receptae sunt, qua de re disputavit Hirtius in Act. Acad. Boruss. a. 1814-1815. Ab eademque ambitione repetenda sunt monumenta defunctorum ut anaglyphis, ita statuis vel protomis ornata. V. Viscont. Iconogr. Gr. I. p. 582. sq. Imaginum collocandarum potestatem concedit populus vel Senatus atque Athenis aetate Imperatorum Areopagus vel Senatus Quingentorum. (\*\*)

Talibus igitur hermis vel statuis vel imaginibus (\*\*\*) qui tituli inscripti sunt ho-

nebantur, nota res est ex Demosthenis orat. de coronâ. Talis est ea quae decreta videtur populo Atheniensi in Pythiis, cum titulo *ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων Πυθίοις* C. I. 1687.

(\*) Unde formula *προεδξαμένου τὸ ἀπέλωμα τοῦ δήου*, ut praesertim in titulis Laconicis C. I. 1340. 1345. 1356. 1360. 1377. 1369. 1380. etc. vel passim *ἐπιμεληθέντος τῆς ἀναστάσεως* vel *τῆς ἀνορθώσεως* vel *τῆς κατσκευῆς* — C. I. 435. 444. cf. *ibid.* 1389. 2371. 2024. vel *ποιησάμενου τὴν ἀνάστασιν τοῦ ἀνδράτιος* *ib.* 2821. vel *τῆς τιμῆς* *ibid.* 2818. cf. 2814. 1121. Quam formulam Marinus frat. Arv. p. 745. nube exemplorum excitatâ de curatoris officio accepit; quod ex parte verum est; v. n. 102. 109. 120. sq.

(\*\*) Hinc formulae *κατὰ τὸ ἱκερώτημα τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς* C. I. 379. 445. 390. 402. 427. *κατὰ Ἀρεοπαγιτῶν αἰτησάμενοι* *ibid.* 263. *κατὰ τὸ ἱκερώτημα τῆς βουλῆς τῶν φ'* *ibid.* 189. 395. *κατὰ τὸ ψήφισμα βουλῆς καὶ δήμου* *ibid.* 1829. vel *τῆς πόλεως* *ibid.* 2586. *κατὰ τὸ γεγονός ψήφισμα ὑπὸ τοῦ δήμου* *ibid.* 2443. *κατὰ τὰ γραφέντα αὐτῷ ψήφισματα* *ibid.* 2888. *ψήφισματι βουλῆς* *ibid.* 1944. 1929. etc.

(\*\*\*) In basi vel in columellâ, cui olim instituit statua, C. I. 2698. 2888. 3002. 2933. 2525. Interdum tituli honorarii etiam laminis aereis statuae suffixis inscripti fuerunt; cf. C. I. 1897. Alias eius-

norarii aut simpliciter honorarii sunt aut iidem sepulcrales, habentque formulam vulgarem hanc: ὁ δαῖνα τὸν δαῖνα ἀνάστησεν, C. I. 2597. 2124. 2108. f. — 1812. 2384. (\*) vel ἀνάθηκεν, n. 69. C. I. 258. 375. 410. 432. 1228. 2273. 2288. 1201. 1060. — 3225. vel omisso verbo, quod longe frequentissimum, ὁ δαῖνα τὸν δαῖνα, n. 102. C. I. 130. 412. 413. 419. b. 364-366. 370. b. 1205. 1412. 1414. 1415. 1437. 1438. 1441. 1626. 2221. 2223. 2197. 2098. 2760-65. 2307. 2425. 2772. 2945. 2527. 2805. 2584. 2588. 2502. 2614. 3004. 3035. 3172. — 1629. 1934. 1999. 2045. 2162. 2146. 2480. etc. Additur haud raro ἀρετῆς ἕνεκεν etc. ut n. 82. 84. 86. C. I. 359. 419. b. 364. 365. 1162. 1630. 2461. 2371. 2288. 2583. 2584. 1938. 1635. 2281. 2283. 2287. 2293. 2458. 1929. 2459. 2099. 2376. 2377. 2275. 2280. etc. vel διὰ τὰς εἰς τὴν πατρίδα εὐεργεσίας ibid. 3035. vel ἀνδρα ἀγαθὸν ὄντα περὶ τὸν δῆμον καὶ εὐεργέτην καὶ σωτῆρα τοῦ δήμου, ib. 130. cf. supra n. 89. et C. I. 1389. 1415. 1631. 1130. sq. 2696. vel τὸν πατέρα καὶ εὐεργέτην, ib. 1880. 1878. 2049. 2425. cf. Cic. Verr. Act. II. 2. 263.

Quumque statuæ illæ vel imagines sive a republica sive a privatis positæ diis dedicentur (cf. Welck. Syll. p. 196. ad n. 146.), sæpe id expressum habetur addito θεοῖς, ut C. I. 1545. 2760. 1109. 1545. 1878. 1879. 1884. 1938. 2086. 2444. 2443. 2458. 2432. 2433. 2471. 1056. 1085. vel τοῖς θεοῖς C. I. 1604. cf. tit. Rheg. ap. Gualth. n. 364. p. 54. — vel θεοῖς πᾶσι C. I. 2225. cf. tit. Sicul. ap. Castell. V. 4. p. 44. vel pro re natâ Ἀθηναῖ Πολιάδι C. I. 431. cf. 407. — Ἀπόλλωνι 1594. 2281. 2286. 2287. 2289. 2291. cf. tit. Ther. 106. in Act. Acad. Boruss. 1836. et Ross. Inscr. inedd. I. n. 68. 69. C. I. 2290. 2285. — Ἀρτέμιδι Ὀπιταίδι ibid. 1931. — Ἀσκληπιῷ καὶ Ὑγίᾳ C. I. 1939. — Ἀφροδίτῃ ibid. 2618. 2620. — Δήμητρι καὶ Κόρη ibid. 387. 388. 443. 444. 448. 1484. 392. 399. 409. cf. 1197. vel τὰν θεῶν ib. 393. — Διονύσω ibid. 374. 3072. 1600. — Ἑρμῇ καὶ Ἡρακλεῖ ibid. 1880. cf. 2120. b. 2431. — Μητρὶ θεῶν ibid. 99. ex Olymp. 114, 1. — Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι, Ἀρποκράτει, ibid. 2293. etc.

3. Frequens in titulis publicis est præterea formula ὁ δῆμος vel ἡ βουλὴ τὸν δαῖνα ἐτίμησε ταῖς πρώταις τιμαῖς C. I. 2814. 2820. ταῖς πρώταις καὶ μεγίσταις τιμαῖς ib. 2775. ταῖς καλλίσταις τιμαῖς ib. 2769. ταῖς καλλίσταις καὶ μεγίσταις τιμαῖς ib. 2766. 2770. 2778. χρυσῷ στεφάνῳ, προεδρία ἐν ἀγῶσι, χαλκῆ εἰκόνι, ib. 2487. 2488. 2376. 2377. τῇ τε εἰκόνι καὶ ταῖς τιμαῖς etc. ib. 2699. in quo notabis ollipsin verbi ἐτίμησε C. I. 2383. 3065. vel ἐστεφάνωσε καὶ ἐτίμησεν εἰκόνι γραπτῇ ἐπιχρύσω C. I. 2879. ἐτίμησε καὶ ἐστεφάνωσε χρυσῷ στεφάνῳ ib. 2378. cf. 2378. vel etiam simpliciter ἐτίμησε, in titt. ut plurimum sepulcralibus, C. I. 2779. 2819. 2190. 2460. 2462-63. 2509. 3451. etc. (\*\*\*) quo in honore fere usu venit illud, quod paullo ante de stauis

modi tituli reperiuntur in columnis ornatis cf. C. I. 287. Præterea constat bases aliquando plurium honoribus insertis, siquidem e. g. in eadem basi, quæ Sophoclem sustinebat (C. I. 387.), postea Xenagoras, unus ex posteris, collocatus est (ib. 390.), aut remanente Sophoclis imagine aut demptâ. cf. O. Müller. Archaeol. § 158. (159.) ed. sec. Hinc etiam de titulis ad diversos honores pertinentibus existimandum est. v. C. I. 1214.

(\*) Rare ἔστησεν, ut C. I. 2461. 2794. quæ vox, ut ἔθηκεν (C. I. 992.), in pœsi frequentior, ut n. 43. C. I. 136. 373. b. in Add. In titulis serioris ævi etiam ἀγάλματι ἀνάστησεν C. I. 2089. 2109. c. — ἀνάστησεν ἐν ἀνδριάντι μαρμαρίῳ ibid. 2384. — ἀνδριάντι ἐκόσμησε ibid. 2804. 1943. ἐτίμησεν ἀνδριάντος ἀναστάσει ib. 2507. καθύρωσε καὶ ἀνάστησεν ibid. 2760. 2697.

(\*\*) Integros titulos honorarios sepulcris inscriptos habes C. I. 2771. 2776. 2786. 2801. 2817. Sic monumentis testamenta subscribuntur; C. I. 2448.

monuimus sumptu aliorum positus; resque eo redit, ut dicatur ὁ δῆμος ἐτίμησε τὸν δαῖνα· τὰς δὲ τιμὰς ἀνέθηκεν ὁ δαῖνα, qualis formula revera existat C.I. 2814. Atque haec formula usitatissima est in titulis sepulchralibus civitatum quorundam, in quibus quum mos esset coronandi mortuos, eius honoris memoriae conservandae causa corona cum titulo imponebatur sepulcro. Cf. Cic. pro Flacco c. 31. et Osann. diss. de hoc loco, Gissae, 1830. decretumque Smyrnaeorum C.I. 3185. Unde e.g. ὁ δῆμος ἐτίμησε τὸν δαῖνα εἰκόνι χαλκῆς καὶ στεφάνῳ δινηκῆϊ C.I. 2486. στεφανοῖ χρυσῷ στεφάνῳ ibid. 1941. 2380. 2381. 2382. 2426. 2427. 3252. 3255. ἰστεφάνωσε καὶ ἱθαψε δημοσίᾳ ibid. 2724. Quibus addi solet ἀρετῆς ἕνεκεν vel τῆς περὶ τὸν βίον σωφροσύνης ἕνεκεν C.I. 1929. σωφρόνως βιώσασαν ibid. 2469.<sup>b</sup> ἀρίστα βιώσαντα ibid. 2478. 2479. ζήσαντα πρὸς ὑπόδειγμα ἀρετῆς ibid. 2807. προμαίριως βιώσαντα (i. e. immaturâ morte defunctum cf. C. I. 2383.) ibid. 1941. 2380. 2381. 2382. 2426. 3255. saepissime μνείας χάριν s. μνήρης χάριν ibid. 1790. 1791. cf. ad 1959. Et honore quidem coronae nihil in Smyrnaeis frequentius, in quibus haud raro nomen populi inscriptum est coronae, ut C. I. 3214. 3217. 3219. 3220. 3221. 3226. 3228. 3229. 3231. 3232. 3237. 3240. cf. 3251. In iisdem accusativus simplex pendet ex formula ὁ δῆμος (sc. στεφανοῖ), quae subinde interiit, ut C. I. 3350. (\*) Sed habetur etiam nominativus, ut ib. 3157. 3299. Denique in honoribus defunctorum referri potest ἡρώων, quo ἡρώς i. e. defunctus (v. C. I. 1629. 2427. 2486. et fem. ἡρώων s. ἡρώϊς ibid. 1944. 3285.) ornatur. (\*\*) De ἡρώϊς cf. Sallier. Hist. Acad. Inscr. T. VII. p. 189. Journ. d. Sav. 1833. p. 150. et quae Welcker. congressit Syll. epigr. p. 32. sq. Unde quod alibi dicitur ἱθαψε (C. I. 2725. 2726.), in Therà est solemne ἀφηρωῖζεν C. I. 2468. 2469. 2469.<sup>b</sup> 2470-2473. vel ἀφηρωῖζε καὶ ἐτίμασεν ibid. 2467. qui titulus nunc est etiam in Act. Acad. Boruss. 1836. n. 107.

De praescripto ἀγαθῆ τύχῃ in huiusmodi titulis vid. p. 319.

4. Constat inde ab antiquissimis temporibus Graecos figuris arte effictis interpretationem solitos esse adscribere (cf. Mus. Pio-Clem. IV. p. 246.). Quod fere fit indicato solo nomine eius qui quaque figurâ repraesentatur, ut sub imagine Aeschinis scriptum est ΑΙΣΧΙΝΗΣ (C. I. 2000.), sub imaginibus Gratiarum ΕΥΦΡΟΣΥΝΗ et ΑΓΛΑΙΑ (C. I. 2756.) cf. anaglyph. antiq. C. I. 40. et turr. Cyrrhest. C. I. 518. Mittimus reliquias artis pictoriae (v. n. 26. cf. vasa ap. Ros. Inscr. vetust. p. 78. etc.). Quod volumus, hoc est. In monumentis ubi nuda nomina subscripta sunt, saepe cavendum, ne honores mortalibus collatos cum donariis vel tabulis votivis confundamus; quod non moneremus, nisi lapides plerumque inutili essent. Quippe eorum, qui statuis vel imaginibus honorantur, aut casu nominativo subscripta sunt nomina, ut in monumento Philopappi C. I. 362.<sup>b</sup> Βασιλεὺς Ἀντίοχος Φιλόπαππος βασιλεὺς Ἐπιφάνους τοῦ Ἀντίοχου (cf. ibid. 363. 418. 1813. 2148. 2149. et tit. Taurom. ap. Castell. VIII. 10. p. 108.) (\*\*\*) aut casu genitivo, ut C. I. 2637. Τιβερίου Ἰουλίου

(\*) In titulis honorariis fere regnat accusativus, qui haud raro solus superest ex formulâ ὁ δῆμος τὸν δαῖνα, ut C. I. 2989. 2783. 2785. 2789. 2795. 2798. 2771. Minus hic usus offendit in titulis, qualis est supra n. 106. cf. C. I. 406. 2787. 2788. 2790. 3421. Quamquam in plerimisque haud dubie ὁ δῆμος vel simile quiddam interiit, ut C. I. 419. 435. 368. 1884.

(\*\*) Non semper ἡρώς est defunctus. V. C. I. 2583.

(\*\*\*) Disertiores sunt tituli C. I. 408. 411. et oratione longo anfracta circumscriptâ ib. 2880. 2881. 2885. 2886. cf. 2869.

Καίσαρος etc. (cf. ibid. 1626. 2719.): Uterque autem casus hiic inde comparet de iis, qui aliquam rem dedicaverunt, ut C.I. 1466. Λαυραγίτα Ἀντιπάτρου ἱέρεια, ib. 1493. sub statuâ Augusti ὁ δᾶμος. cf. 508. 389. 1105. 1467. 2784. 1997. (\*) Quamquam nominativo quidem dedicantis, nisi additum est nomen eius, cui quid dedicatum est, (\*\*) plerumque succedit verbum ἀνέθηκεν, ut n. 25. C.I. 469. 470. 450.<sup>b</sup> et 470.<sup>b</sup> in Add. 485. 1823. 2434. 1144. 1178. 1184. etc. — Genitivus autem dedicantis vel potius eius, qui vovet, (\*\*\*) est n. 91. C.I. 2492. Βασιλείως Πτολεμαίου θεοῦ Εὐεργέτα. ibid. 2274. Βασιλείως Φιλίππου Μακεδόνων. ibid. 2276. Βασιλείως Μιθραδάτου Εὐεργέτου. cf. ib. 2277. 2279. 2036. et Herodot. I. 51. Λακεδαιμονίων, ubi grammatici δῶρον vel ἀνάθημα intelligi iubent. (+)

5. Sed ut titulos honorarios et dedicatorios certis finibus non licet distinguere, ita, dum loquimur de illis, ad hos delati sumus. Tituli dedicatorii scribebantur modo in rebus ipsis quae dedicantur, ut in galeâ ex victoria reportatâ n. 27. 29. in lebetes aeneo C.I. 32. 2278. in lepore aereo C.I. 2247. in statuâ vel simulacro n. 25. 44. 45. Cf. C.I. 1105. 1106. 2465. 2481. in sellâ marmoreâ C.I. 461. 462. in aris C.I. 1316. 1822. 2367. 2036. 2299. 2303. 2305. etc. in stelâ anaglypho ornata C.I. 2292. in hermâ ib. 457. in columnâ n. 21. cf. C.I. 2713. 2714. 2748. in πλάτῳ ib. 487. in templis denique et operibus publicis, ut in epistyllo templi C.I. 471. 1298. 2696. in anta templi C.I. 2138. b. 2904. in coronâ quam vocant architecti ib. 2385. cf. 2407. in parietibus templorum; v. Letronn. Recherch. pour servir à l'histoire de l'Égypte. coll. supra n. 81. quae lamina est aurea parieti affixa. cf. supra p. 329. not. 3. \*) in exedrâ C.I. 1694. 2683. in porticu ib. 2274. in stadio ib. 27. in stoâ ib. 2454. in pontē ib. 2958. modo in basi plerumque arae formam repraesentante vel in columnis basis loco positis, in quibus donaria fuerunt vel imagines dedicatae n. 51. 84. C.I. 2103. b. c. 2157. 2276. 2277. a. 2279. 2865. 2525. b. 2526. 2528. vel in πίναξ; (Plut. Themist. 5.) tabulisque votivis C.I. 2429. 2071. 2076. 2077. 2391. 2396. Et hi quidem lapides interdum res dedicatas insculptas referunt, ut crus C.I. 1769. ut cincinnos ib. 1769. cf. Paus. VI. 13. 6. vel aliis sunt anaglyphis ornati, ut C.I. 2096. e. f. 2054. 2158. 454. 455. Donaria alia in templis vel in viciniâ templorum (cf. C.I. 1794. a. Pausan. II. 27. 4. cf. Boeckh. C.I. ad n. 213.) dedicantur, alia in aliis locis publicis, ut Athenis in via quae dicta est Tripodes (Paus. I. 20. pr.). Quid? quod aerae columellae inventae sunt in cellulis rupi incisae C.I. 507. unde tituli aliquando vivo saxo insculpti n. 4. 5. 6. C.I. 1601. 1602. 1728. 2387.

Horum titulorum formula solemniss haec est: ὁ δῶνα ἀνέθηκεν (++) θεῷ, vel, quod

(\*) Disertiores sunt tituli C.I. 2276. 2279. et monumentum Sardinum ib. 3450. in honorem Tiberii positum, in quo subscripta sunt nomina legatorum apposito unicuique verbo ἔδοξεν, quo singulae civitates ex decreto factum monumentum testarentur.

